


111


PAPELES

VARIOS

Set 111  
7 - 17

17





222. 3. 25. 1900.





Est. 17. Feb. A.D.



CATHOLICA VERIMONIA

10

ILLVST. AC REV. DÑI D. FR. ILDEFONSI A S. THOMA  
EPISCOPI MALACITANI.

Per quam pro se , & pro Societate Iesu iure in vectus.

In Petrum Iuricu , & Practicum Moralem.

Ad SANCTISS. INNOCENT. XI. pedes pervolutus obsecravit.  
Ut muta fiant labia dolosa, & obstruantur os loquentium iniqua

APOLOGETICE DECLAMATA.

PER DOCT. D JOANNEM EMMANUELEM ROMERO  
DE VALDIVIA.

Olim Regalis Maioris Granatensis Collegij Alumnus.  
NEG NON EIVSDEM COLLEGII , ET IMPERIALIS  
Universitatis Rectorem,

ET IN EADEM Vniversitate INSTITUTIONVM  
CATHEDRAE MODERATOREM.

IN REGALI CHANCELLARIA CAVSARVM PATRONVM  
CANONICVM DOCTORALE MALACITANÆ ECCLESIAE  
SANCTÆ CRUCIATÆ JUDICEM.

JUDICEM SYNODALEM , ET EXAMINATOREM  
Generalem in Malacitano Episcopatu.

DEHINC ARCHIDIACONVM MALACITANVM,  
PROVISOREM, ET VICARIUM GENERALEM.  
ET EIVSDEM DOMINI EPISCOPI COMMENSALEM  
MINISTRVM TITVLAREM SANCTI OFFICIJ SUPREMAE  
AC GENERALIS INQVISITIONIS.



D. Fr. II. DEFONSVS à S. THOMA, EPISCOP. MALACITANVS  
Dilectissimo Fratri Nostro Archidiacono Malacitano  
Officiali, ac Vicario Nostro Generali,  
S. in D.

**T**imotheo Charissimo filio inscribit Apostolus Epistolam 2.  
cap. 1. & quasi prænuntians Societatis Jesu purissimæ  
Religionis adversarios, ita eloquitur cap 3. Erunt homines se  
ipsos amantes, cupidi, elati, superbi: scelesti, sine affectione, sine  
pace; criminatores: habentes speciem quidem pietatis, virtutem  
autem eius abnegantes: semper discentes, & nunquam ad scienciam  
veritatis pervenientes::

Eiusdem furfuris reputavimus Præticum Moralem, &  
libelli spiritus Monsieur de Arnauld, Authorem Anonymum,  
sed verè Petrum Iuricu, suoque gregales, qui Theatrici Iesui.  
tici aconitum propinrant.

Cum vero pro eis, & pro virulento Theatro bellum  
epistole suę á Doctore Antonio de Arnauld vltro adversus  
nostram Catholicam Querimeniam indictum viderimus,  
cum Paulo prosequamur Quemadmodum Ioannes, & Mam-  
bres restiterunt Moysi, ita & hi resistunt veritati, homines  
corruptimenter.

Huiusmodi autem bellum contestari, contēpsimus; satis  
enim nobis est, si id cum Apostolo respondeamus, quod con-  
nectit ibidem: Ultranec proficient: insipientia enim eorum ma-  
nifesta est omnibus, sicut, & illorum fuit.

Tibi vero, Vicari Noster, & Frater amantissime, quid  
dicamus? Quod in tua declamatione proculdubio affectus es  
meam Doctrinam, fidem, patientiam:::

Vobis autem Religiosissimis Jesuiticis Pauli sectatoribus  
quid? sed ipse dicat: Quales persecutiones sustinuisti! & ex-  
omnibus eripuit vos Dominus. Et omnes, qui piè volunt vivere  
in Christo Iesu persecutionem patientur. Malii autem homines,  
& seducti res proficiunt in peius: errantes, & in errorem mitten-  
tes: Dominus Iesus Christus cum Spiritu tuo. Gratia vobiscum  
Amen.



\* \* \* \* \* \* \* \* \* \* \*

CATHOLICA QUERIMONIA DECLAMATA.

DECLAMATIONIS ARGUMENTVM.

**I**mperatoriam Maiestatem; sic prefatur Iustinianus in proemio institutionum. [ Illustrissime, ac Reverendissime Domine, inter Preclarissimos facile Princeps ] sed mutatis verbis, seu congruentius pro Te mutuatis, profari liceat ( PASTORALEM DIGNITATEM ) non solum armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse armatam. Ad quid autem iste armorum decor? Ad quid ista legum armamenta? Respondebit ipse: Ut Princeps Romanus: Nos vero, ut MALACITANVS ANTISTES, non solum in hostilibus praelijs Victor existas, sed etiam per legitimos tramites calumniantium iniquitates expellat, & fiat tam juris Religiosissimas, quam victis hostibus triumphator Magnificus.

Ideo pro tuo Nominе defensando à Practici Moralis impostura, & à libello spiritus Monsieur de Arnault ex eadem Practica per Iurieu celata manu edito, & tibi falso librum Theatri Jesuitici adoptante; neconon pro Societate ab hostiū calumnijs protegenda in tua celebratissima Catolica Querimonie accinctus ad bellum prodijisti; id enim discessissime induis, dum in prefatione ais: induam pro Thorace iustitiam, & occipiam galeam, iudicium certum, id est sincerum, non factum, & carens omni simulatione, & dissimulatione, ut Grace legitur: Coronatus es ergo, quia legitimè certasti cum Religiosissimè Societatis Iuris Religiosissimus, quam Practico Morali, & Petro Iurieu viettis hostibus Magnificus triumphator.

Huiusmodi triumphi auspicia felicissima stemma tuum omnino portendebat; quandoquidem inter alia Altissimæ Tuae Nobilitatis Insignia illud relucet; Crux nempe sancte

Inquisitionis limpidissima, Diademate super ornata, & hoc  
lemmate circunscripta: ARMA MILITÆ NOSTRÆ. Hor-  
ruerunt protinus Jesuitarum hostes dum enim per tuam  
eloquentissimam Catholicam Querimoniam, ut muta fiant  
labia dolosa, & obstruatur os loquentium iniqua, intendisti,  
arma ista, ea referre haud dubio persenserint, quæ ostendit  
Divus Paulus 1. ad Chorinth. 10. 4. Arma militia nostra,  
non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum,  
consilia destruentes, & in captivitatem redigentes omnem in-  
tellectum in obscurum Christi. Nemo sancte contra huiusc-  
modi arma inturget, nisi qui per ea in tua Catholica Que-  
rимonia, districta; tuos in Societatem Jesuiticam insultus  
uefarios profligari sub tua Protectione animadvertis, ira  
peritus infiemisset: Ira est enim ait Augustinus, cum inest  
opinio turbulentii appetitus offendendi ea, quæ facilitatem actionis  
impedient Ideo plerumque non hominibus tantum, sed calamo-  
ras fasciū in scribendo, eumque collidimus, aut frangimus, &  
aleatores tessellis, & pictores penicillo, & cuicunque instrumento,  
quilibet, ex quo difficultatem se pati arbitratur.

Dolet proculdubio Jesuitarum gloria, cui dolet Catholicā  
Querimonia; inde quidem ira; nā eam definivit cū Aristotele  
Seneca de ira, lib. 1. c. 3. Iram esse cupiditatem doloris reponendi.

Indē non mirum, quod Practicus Moralis, necnō Petrus  
Iurieu proslitert in iram Brevem insaniam [vt cap. 1. inquit Se-  
neca] à quē enim impotēs sui est, decoris oblita, necessitudinū imme-  
mor, inquod cœpit pertinax, & intenta, rationi, cōsilijsq; præclusa.

Sed præter opinionem causam sibi sumit Doctor An-  
tonius Arnald, eodem profecto livore tinctus; quo Pra-  
etius posset, & Iurieu; omnia enim irati animi signa  
præfetert; quæ innuit Seneca dicto cap. 1. Vanis agitata  
causis, ad dispectum aqui, verique inhabilis, ita enim se  
se impellit in contentionem Doctor Arnald, vt totam inten-  
dat evacuate Catholicam Querimoniam; penitusq; subsistere  
quæcunque in Theatro Jesuitico adversus Societatem pun-  
gunt scripta: Ratio id iudicari vult, quod aequum est: ira id  
equum videri vult, quod iudicavit. Ratio nihil prater ipsum de-

quo agitur, spectat: ira vanis, & extra causam versantibus commovetur, idem Philosophus cap. 16.

Vanis ergo commotus insurgit causa. Quid vanius, quam se exhibere Iesum ex Catholica Querimonia? Quid iracundius, quam ex hoc in Societatem, in Catholicam Querimoniam, immo, & licet reverenter, in Te etiam irrumpere: ut opportunè id dicamus, quod de Cnei Pisonis iniusto iudicio argutè idem Cordubensis ibidem: O quam solerter est ira ad fingendas causas furoris! :: excoxitavit, quemadmodum tria criminia ficeret, quia nullum invenerat.

Eò devénit Doctoris istius ausus, vt postquam tela sua in Societatem, & in Catholicam Querimoniam contortit, in id præceps ruerit, vt tandem dixerit, non minorem Tibi gloriam ex eo, quod Theatrum jesuiticum, vt non Tuum explicseris, quam si Catholicam Querimoniam Tuam esse inficeris.

Invulnerabile est, ( Illustrissime Domine) non quod non feritur, sed quod non lreditur; aiebat idem Cordubensis, de constantia sapientis, cap. 3. Ferite studuit Arnaldus; sed non lœsit: invulnerabilis est Catholica Querimonia. Quid tu putas [loquamur ad Arnaldum cum Philosopho cap. 4.] Quid tu putas cum stolidus ille Rex multitudine telorum, diem obscurasset, ullam sagittam in solem incidisse?

Inde ( Illustrissime Princeps) pro serenitate tua immotum exhibedū animum duxisti; ex quo eius altitudo prominere visa est. Illud non venit in dubium ( aiebat ipse Philosophus) lib. 3. de ira, cap. 25. quin se exemerit turba, & altius steterit, quisquis despexit lacescentes, proprium est magnitudinis vera, non se sentire percussum; sic immanis fera ad latratum canum lenta respexit.

Nec Jupiter in Cœlarem fulmina retorsit; Qui iratus cœlo, quod obstreperet, Pantomimis, quos imitabatur, ad pugnam vocabat Iovem, & quidem sine intermissione Hemericum illum exclamans versum: TOLLE ME, AVT EGO TE. Quantæ deminutæ fata! Putavit, aut sibi vocari, ut à Iove quidem posse,

aut se noctra etiam lavi posse; Seneca lib. 1. de ira, cap. 16.  
in fine.

Vbi ex Dione Cassio Lepidus scripsit: Machinā excogitasse,  
qua tonitribus obstreperet; ac contra fulmina fulminaret; ac quo-  
ties ea decidissent, lapidem viciūm eiāculabatur, & in cœlum  
mittbat cum voce: TOLLE ME, AUT EGO TE.

Contra Catholicam Querimoniam, tonitrua, & fulgura,  
pro Societate Jesu in adversarios iaculantem, tonat, & ful-  
gurat Arnaldus, qui, licet Pantomimicē, ridendum lapidem in  
cœlum emitat: Super verticem suum iniquitas eius descendet.  
Quanta dementia fuit! Putavit ne, aut sibi noceri, nec à  
Jove Malacitano posse, aut nocere etiam Sacro Antisti-  
ti posse?

Ergo nec Te huiusmodi Doctoris libera epistola, vt  
nec Jovem Cœstis ausus immutavit: audivi enim Te re-  
giâ sententiâ proloquentem, vt aliás in lvnica, Cod si quis  
Imperatori maledixerit.

Ibi: Si quis modestiae nescius, & pudoris ignarus improbo,  
petat intque animo, ma'edictō nomina nostra crediderit laceſſe: -  
da, ac temulentia turbulentus, obrestrator temporum nostrorum  
fuerit, eum pær̄is nolumus subingari, neque durum aliquod, nec  
asperum volumus subſtinere; quoniam si id ex levitate proceſſe-  
rit, contemnendum est; si ex insania, miseratione dignissimum;  
si ab iniuria, remittendum.

Satis est glorię tuę, Illustrissime Domine, victoria de  
Pilisbjm repa t̄ ta, quatenū Petrus Jurieu Spiritum Mun-  
ſur de Arnald ex Prædicta Morali viventem, exhalavit;  
quem quidem proprio gladio, argumentis videlicet ad ho-  
minem iugulasti.

Absciſſum caput coram ſarcidissimo in tua supplici, &  
eleganſſima oratione demonstrasti; per quam non ſolum  
per Romam, ſed per totam Italianam; Hispanias, Franciam,  
Pannoniam, immo per totum Orthem terrarum circumlatum  
est; quemadmo ſum illud Goliath: non tantum coram  
Rege; ſed per Ierusalem, omnesque per vibes. Abur-  
lent Reg. lib. 1. cap. 17..... 37.

Plau-

5

Plauserunt David triumphat rem Jerosolymitani  
cantus; ut testatur Sacra Historia. Sed cum iusti Jesu Christi Te-  
vindice tulerant spolia impiorum, decantaverunt nomen  
eum omnes ubique Catholici & victricem misericordiam tuam lau-  
daverunt pariter; quoniam sapientia operuit os mutorum, & lin-  
guas infantium fecit disertas, Sapient. 10.

Satis est gloriæ tuæ, sed nihilominus congruè ex-  
hortatur Divus Bernardus a' Eugenio Papo lib. 1. cap 9.  
**P**rescinde linguas magniloquias, & labia dolosa clante, hi sunt  
qui docuerunt linguas logui mendacium diserti adversus iusti-  
tiam: eruditi pro falsitate, sapientes sunt, ut faciant mala, elo-  
quentes, ut impugnent verum.

Ast quia dices, Tuæ Magnitudinis, & Serenitatis nō  
immemor: Qui tribulant me exultabunt si motus fuero Ps. 12.  
Ego Illustrissime Domine, ut potè servus Tibi lubentissime  
addictus, & Societatis Iesu amicissimus Alumnus Ego  
Philistijm linguam, & suorum gregalium dissecabo, ut quod-  
dam Nicatoris dissecta est iubente Machabœo lib. 2. 8 per  
Historie, cap. 15. Pro linguis intelligit scripta, Castro de iusta  
heret, punitione, lib. 2 cap. 15. Et concludit: Has igitur lin-  
guas, hoc est eorum libros oportet abscondere.

Sine ergò me, Illustrissime Domine, petulantes lin-  
guas abscondam. Sed quo gladio, nisi Catholica Querimonia?  
Non est aliud hunc similis. Gladius quidem antecepit ad facien-  
dam vindictam in Practicam Moralem, increpationem in  
Epistolam Doctoris Arnault. Ad id ergò Catholicam Queri-  
moniam Tuam, Illustrissime Princeps, impati quantumvis  
calamio, declamabo.

## D I S S E C T I O N E

**Q**Verelam primam instituit Arnaldus supponens aspero  
stylo in eum esse actum in Catholica Querimonia, & re-  
petitis iniurijs agitatum; de quo exclamat in princi-  
pio

6  
picio epistolæ suæ, cui finis consonat: & valde irridet se im-  
meritō appellatum esse Goliath.

Relucet quidēm in hac querela, illa M. d. est miser-  
tentia à Seneca tradita, lib. 5. de Benef. cap. 12. Stomachus  
morbo vitiatus, & colligens bilem quoscumque accepit cibos mu-  
tavit, & omne alimentum in causam doloris trahit. Sic ma-  
chatus ergo Moysiur. Arctaldus Societati Jesu, quidquid  
adversus eius hostes in Catholica Querimonia perotasti;  
id in te iactatum aestimavit. Nam neque verbum qui-  
dem in tota Catholica Querimonia de Arnaldo sit, sed tan-  
tummodo ex epistola Divi Bernwardi 129 allusionem tan-  
gis inter Petrum Iurieum, et Arnaldum, & Arnaldum, ut Go-  
liath. Sed eā quā, deceat modesta hæsitatione, ut patet §. 7.  
n. 2. ibi: Sanctissimus iste Doctor (Divus Bernardus) Practic  
Moralis Iesuitarum Authorem, modo sit Arnaldus, ut innuit  
Petrus Iurieu in suo spiritu, ipsiusque Petrum Iurieu veluti  
præsignauit.

Ergo evanescunt tota Arnaldi querela, si ipse Practic  
Moralis Author non extitit. Quod si in Practicam Mer-  
tem, & in Iurieu duro stylo invehentis Illusterrime Dominei  
quid ad Arnaldum? cur se iniurijs impetuorum aestimat, &  
dolet?

Si autem Practici Moralis, & Petri Iurieu Vindex ob-  
tendi cupit, eò quod in eos stylum distinxisti, pro Te sunt  
Divus Augustinus ad Petilianum lib. 3. cap. 1. Divus Hiero-  
nymus contra Vigilantium. Idem Augustinus epistola 216.  
Catherinus opusculo de eliminandis libris noxijs. Divus Basilius,  
Petrus Cellens. Epistol. 8. Epiphanius, Divus Gre-  
gor. Quos omnes styli huiusmodi amplissimos antesigna-  
nos cumulasti, §. 2. Catholica Querimonia, & eodem spi-  
ritu invehentis.

Nonnè Divus Paulus quandoquē eo stylo vtendum  
fore monuit Episcopos? Sed & ipse usus est: Multi inobe-  
dientes, vaniloqui seductores: Dixit quidam ex illis propriis  
iporum Propheta: Grecenses semper mendaces, mala bestie,  
ven-

73

ventres pigri. Testimonium hoc verum est. Quam ob causam  
increpat illos dure; ut sani sint in fide, non intendentes iudaicis  
fabulis, & mandatis huiusnum aversantium se a veritate. Ita  
in epistol. ad Titum.

Durè igitur opprimi juge Præficam M̄oralem, & Iurie;  
consultò increpasti, sale, vadique orationem perfusdens;  
Ne ergò (ais) S. 3. n. 7. insulti videamus, sale, utimur, quo con-  
ditia nostra oratio iuvare poterit, &c. In quo proculdubio  
Apostoli imaginem refers ad Colos. 4. Sermo vester semper in  
gratia, sale sit conditus, ut sciatis, quomodo oporteat vos uniuersi-  
que respondere.

Sed quo sale? Lenitate scilicet, suavitate, candore, sa-  
pientia, delectu, lepore, venustate, quin etiam, ubi opus est, mor-  
daciitate, atque acerbitate (ut explicat Miedes) in commentar.  
de sale, lib. 4. n. 70. His omnibus talibus Tua est conspersa  
Catholica Querimonia.

Sale præterea veritatis, pro Te, & pro Religiosissima  
Societate: Nihil enim (ait Miedes ibidem) ad Divinitatem  
propius accedere, aut cum ea idem esse apparet, quam summa  
veritas, per sale, expressa quadam imagine adumbrata. In  
eam intendens ais, Illustrissime Domine, S. 1. n. 1. Ideoque  
secula in testes ducimus, & typis damus veritatem, ut semper  
posteriori, vesanus huiusmodi hostium dolus innotescat. Ce-  
deret proculdubio, Arnaldus veritatis tuæ sali, nisi caligi-  
nosi iræ cessisset officijs; quæ dilente exprimit Seneca de  
ira. lib. 1. cap. 16. Etiam si ingeritur oculis veritas, amat, &  
tuetur errorum, coargui non vult, & in malè cœptis, honestior  
illi pertinacia uidetur, quam pœnitentia.

Vindice, sale usus es, Illustrissime Domine, adversus  
Societatis adversarios: Nam etiam Cacodæmones, sacro sale  
perterrefactos sic à nobis fugamus, ut subinde graves illorum  
in nos impetus, facile sit, modò numen adsit, non modò sustinere,  
sed ut inanissimos debilitare, atque perfringere: ex quibus re-  
linquatur etiam impiorum vindicationem à Deo mortalibus con-  
cessam. Miedes lib. 2. n. 29.

Pupugit vehementer Arnaldum, quod de satyra in  
Societatem dixeris: Libellum lice indignum, ut pote inter in-  
fernii tenebras fabritatum; cuius titulus est: Pract. et moralis  
Iesuitarum. Quod consequenter ad tuos tales electus es.

Nam ubi prae lo mandati; ubi effirmari possit talium  
libellorum materia? Quos fortius Aut hoto? Quo vi ex-  
terminebuntur? Omnia veluti comprehendit, iam telatus  
Miedes de sale lib. 4. n. 8. ibi: Eadem ipsa excitante invidia,  
infinitae ipsorum dæmonum legiones à sathanicis infernorum  
cavernis, aut pot. us, ut Augustinus ait: ex caliginoso loco aeris  
quotidie in nos involant, pro veritate mendacia, & furios fugi-  
gerunt, atque validos exigitant, & DISCRVCIANT. Et co-  
ciunt: Inclita vis salis, quod tanti sit ad fugandos dæmones;  
Facilita vis, dicamus, Catholice Quirimontia! quæ suo sale,  
spiritum Arnald, & Practicem Moralem fugavit.

Vnde sub huiusmodi talis acerbitate, consequenter  
adversus eos, dixisti, Illustissime Domine, dict. §. 2. n. 3.  
Opri et ergo in vos spiritus maledicentissimi stylum armare?  
Quaque severa manu contundere, esse enim omnino asperum, hic  
extra laborem est. Hec enim durities, & asperitas non est vicio  
scriptoris vertenda, sed referenda in conditionem materia. Est  
enim (dicas cum Auguslino epist. 216.) Salubris mordacitas  
charitaris debitis malignis: Et recte in Dæmonia hec execra-  
tio, cum in heretici strigatur calamitus, ideo eos apposite de-  
nominat Catherinus diabolus fistulas per quas loquitur, & im-  
provisos plerosque dementat.

Aspidei sepe adminasti Practicum Moralem, & Pe-  
teum Iutie. Ergo sale eis occultere recte fuit consilij. Nam  
iuxta Plini, aliorumque sententiam adversus serpentum inorsus  
qui recta via eorū petant diligenter admotus venenum omnia ostendit  
verit, & necat: scribit Miedes lib 2. n. 18. in fin.

Aspis, quæs p̄rcesserūt in mortiferū somnum redigit i  
vide somnientos, & somnifera dicitur. Dixit Textor in Epi-  
stol. vero, Aspis, Plinius de natura animal. lib. 29. cap. 4. &c  
Miedes. dict. lib. 4. n. 59. ait: Leiborgo laborantibus inter alios  
sicut

sicuti remédio est frequens exsuscitatio, qua valido clamore fit,  
aut vellicatu narium, auriumque attritu: tūm, & mica salis ad  
puagenāum. Ergo ut expurgiscerentur, qui aspidum vene-  
no infecti somnabant Te esse Authorēm Theatri Jesuitici,  
tuis salibus eos pungere disertissimē statuisti.

Dum ergo de salibus tuis queritur Arnaldus, vtrum sibi  
asseverādū eligat, vel sine causa queri, vel eodem vulnere,  
quo Præticus, & Turcic, laborare; quod si ita est, hoc sibi,  
non Tibi imputet, qui de Arnaldo, nec verbum faciens;  
vulnera fricanda sunt sale, ut dolore concepto id medele, & sup-  
plicij locum gerat, egregie ubi supra contexisti.

### D I S S E C T I O - II.

**N**otat ut speciale omnia exemplaria Catholicæ Quer-  
imoniorum manu Tua subscripta esse; & addit Te id  
seculle ad suggestionem Jesuitarum. Sed ipse & arguit, &  
dissolvit argumentum. Nam agnoscit vereti posse, ne à  
Jesuiticis compositam esse Catholicam Querimoniam in-  
telligeretur. Admittimus solutionem. Sed fallum omnino  
est, id te effecisse ad suggestionem Jesitarum.

Minime inficias ibimus sibi de Catholicâ Queri-  
monia Jesuiticam Religionem congratulari. Sed quid mi-  
tum? Patiebantur, quamvis Apostolicā, enstantiā, quod  
prædictus Paulus 2. Corinth. 11. Libenter enim suffertis in-  
sipientes, cùm sitis ipsi sapientes: subtiliter enim, si quis vos  
in servitutem redigit; si quis devorat, &c.

Theatri Jesuitici servitutem gemebant [ servitutis  
enim speciem constituant calumniæ ] redemptione indi-  
gentem: Redime me à calumnijs hominum, Psal. 118. Plau-  
serunt te Re:scemptorem delentem chirographum Theatri,  
damnati adversus eos scriptum. Vnde necessariò gratanti  
animo in fronte Catholicæ Querimoniorum gavisi sunt ins-  
criptum esse indubitabili signo, nempe propria Tua Sacra

manu , & Nomen , & Dignitate Redemptoris Fr. Ide-  
fonius à Sancto Thoma Episcopus Catalitanus . Fortissim ex  
hac causa codices Nominis , & Dignitate Tua decoratis

An verò quia manibus aliquorum Principum data  
est à Deo gratia curationum , vt Regibus Franciæ , & An-  
glie mōrbūm sanare strumarum : quemadmodū Regibus  
nostris Catholicis fogandi dōmenes humānum corpus ob-  
sidentes ; vt scribit Barrel . de præstant . Reg . Catholici , cap . 55 .  
Ideo vt Te causam non esse doloris iniuriarum Theatri  
Jesuitici ostenderes , admovisti manum ad dolorem , quo an-  
gebatur Societas , vt fœliciter sanaretur ?

An ob hæc minu propria Catholicam Querimoniam  
obsignasti ? An quia obstruere os loquentium iniqua intende-  
bas , vt lemma tuæ orationis continet , ideo manum tuam  
applicuisti iuxta illud Persij Sat . 4 .

*Fert animus calida fecisse silentia turba  
Majestate manus .*

Sed ne per prærupta divagemur , dūm viam planam  
inire , in promptu est ; rationem tradere , non retardemus  
huiusmodi disertissime singularitatis . Seis enim ; & [licet  
servus nesciat , quid faciat Dominus eius , Lsan . 15 .] scio etiam  
quia antequam manu propria , & nominis subscriptione  
codices in fronte firmasses ; id mihi parvulo revelasti ] nul-  
lam ob aliam caulam impulsu esse , quam vt occutieres  
hostium versutiæ , qui quemadmodū Tibi adoptarunt  
temere Theatrum Jesuiticum , cavendum erat ne , vel Catho-  
licam aliam Querimoniam , pro suo l̄bito , nomine tuo  
conderent ; vel veram adulterarent , vel Tuam esse  
negarent .

Authenticam igitur omaino voluisti haberi Catholicam Tuam Querimoniam ; id enim & Tua intererat , & ma-  
terię gravitas postulabat . Quid quando id curant Prin-  
cipes , manu propria muniant instrumenta , vnde A. nol-  
dus Clapmar . lib . 3 . de arcanis dominationis , cap . 5 . air : Paris  
ratione nominis licet Principis manum imitari , si que mentari .  
Vbi

Vbi prosequitur: Quippe est hoc non tantum improbum, verum etiam periculosum ipsi Principi, quid is qui eadem qua Princeps nescit scriptura, aut littera, Principem apud subditos miseri modis suspectum, atque invisum facere potest. Quodnam tibi negotiū faciliere nō possent Heretici, si aliam Catholicam Querimoniam nomine Tuō possent efformare? Ergo his omnibus malis providē occultiisti manu Tua, Nomine, & Dignitate signans codices Catholicæ Querimonie.

Nec desunt ad id Iurisperitorum authoritates. Textus est in l. unica, C. de mandatis Principum, ibi: Sacras nostras litteras esse querendas. Quam imitaōs Bonifacius VIII. in Extravag. de electione, eandem adstruit sanctionem. Nisi prius, ait, quod afferit, legitimis ostenderit documentis, tam ex civilibus, quam ex canoniceis institutis colligitur, afferenti namque cum mandatis Principum se venisse credendum non est, nisi hoc scriptis probaverit.

Necopus est, ut tota scriptura manu Principis efformetur; nam sola subscriptio Principis in epistola sua idem operatur, ac si totam epistolam scripsisset. Gonçalez in Reg. &c. Chancell. gloss. 60. n. 8. Et ita Jurisperiti intelligunt textum in l. l. §. 1. ff. de constitut. Princip. ibi: *Quodcumque igitur Imperator per epistolam, & subscriptionem statuit.*

Inde pro rei pondere, & gravitate, aliquando nec litteris Pontificijs fidem ad liberi fas est, nisi Manu sanctissimi subscriptis; ut accedit in litteris auctoritatis ab Ordinario in prima instantia iuxta Concilium Trident. Sess. 24. de Reformat. cap. 20. ibi: Ex urgente, rationabilique causa iudicaverit Summus Pontifex per speciale rescriptum signature Sanctitatis suā manu propria subscribendum. Vbi omnes notant, speciale, in subscriptione consistere: Nicolaus Gareia de Benefic. 6. p. cap. 3. à n. 3. & omnes quos congerit Salgad. de supp. 2. p. cap. 6. ex n. 18.

Quæ iuridica paritas optimè Tuz subscriptionis solicitudinem applicatam esse demonstrat; adstitit enim causa rationabilis immo, & urgens, nam si sub Tuō Nomine &

& Aut' officite prevaluerat Theatrum Jesuiticum; & de-  
nudò sub ipso Nominis; & Authoritate Catholica Queris-  
monia adversus Theatrum Jesuiticum edita illucesceret, quid  
quisque credere debebat, versaretur in ambiguo; an vide-  
licet Tuum esset Theatrum Jesuiticum? An potius Tua Ca-  
tholica Qerimonia? Et ut instrumentis inter se repugna-  
tibus, utique fides abneganda foret, ex textu in l. ubi re-  
pugnantia; de reg. iur. optimè Pareja de instrum. edit. tom. 2.  
tit 7. resolut. 1...5. n. 7 & seq.

Cuius controversiæ periculum omnino in Te, & in  
Societatem maximè impendebat à Populari iudicio; eò  
quod sæpè scanditur incertum studia in contraria vulgus.  
Immó sèpissimè, quæ adversus Religiosos mentita est ini-  
quitas, propensiore animo amplectitur, vt iam pridem do-  
lenter tetigit Divus Chrisostomus lib. 1. adversus vitupera-  
tores vita Monastice.

Ibi: Sive enim in forum eruperis, eam contentienciam  
offend's, adspiciesque, vel in tabernis medicorum, vel in qualibet  
urbis parte, ubi sedem habere solent hi, qui nihil operari vo-  
lunt, ingentem risum ab omnibus moverit. Risus autem huius,  
& comedie ratio, ac materia omnis est eorum, quæ adversus San-  
ctos viros gesta sunt, iucunda, ac festiva narratio.

Quod laconicè priùs innuerat, quasi propheticè res-  
picceret ad Societatem Iesu. Salvianus lib. 3. ad Eccl. Catholi-  
cas, pag. mihi 594. Nullos pietas minus respicit, quam quos  
principiæ Religio commendat.

Quæ principiæ à pietate deflexio evenit abiectione  
indolis hominibus; quia, vt culices ad dulcia non advo-  
lant, sed ad acris petunt, Plin. lib. 10. cap. 72. Arist. lib. 9.  
cap. 35. Ita quidam maledicis, & infestis sermonibus ve-  
hementiùs delestantur. Inò commune est, vt satyræ  
potius attendantur, & exteudantur, quam encomia. textus  
in cap. cum in iuventute, de Purgat. Canonica. Vbi Ianocent.  
3. Inimicus homo apud Regem, & Regni Magnates ipsum ne-  
quiter publicavit, vt sic deberet amplius infamari. Vnde nos

tantam emulorum. nequitiam attendentes, licet pulsati fuéri-  
mos multoies contra eum, nunquam tamen adversus ipsum po-  
tius communuerit: scientes, quod dictam vniuersitate sequitur  
multitudo.

Ergo licet cordatus quisque Theatrum jesuiticum re-  
ijceret, & a Te compactum minimè autumaret, sed Catholicam Querimoniam statim Tuam esse crederet: contrariū  
verò malignantis naturæ homines indicaturos sole præca-  
vendum erat. Recte igitur iure ex his causis, ut decisio-  
nem a suspecta vulgi cognitione, & impissimo Tribunali  
avocares, illud speciale patrare decrevisti, nempè ut codi-  
ces omnes Tua Māna, & Nomine subscriptiberes.

Ex qua quidem subscriptiōne, quasi voce dilucida  
continuò audiatis asseverans, & testimonium proferens,  
expositum partum, & notum esse theatrum jesuiticum: pro-  
blem verò Tuam legitimam esse Catholicam Querimoniam.  
Cum iuridicum sit, quod subscriptio dicitur, vox, & testi-  
monium ipsius subscriptentis, Gonçilez ubi supra n. 2. post  
antiquos in l. si procuratorem, ff. de Procuratore.

Piæterea non abs te dicete possemus, Querimoniam Tuam  
Posteritati dicataim esse, & in Sactis actibus Societatis Jesu.  
reponendam. De posteritate supra tetigimus: ut semper pos-  
teritati [ais] v[er]sarus huiusmodi dolas innoscet. Ide, ne  
vlla possit temporis fuligine hoc donum aureum confundi,  
& a'ctri Authori applicari, eam minu Taa, & Nomine  
illustare duxisti; ut alias in textu in l. Titib 38 § Secia 2.  
ff. de auro, & argento legato, ibi: Libroque signum Dei ex li-  
bris centum in illa Sacra ade, & in Patria statui subscriptione  
nominis mei.

Saperdeat ex his Arnaldus ab admiratione speciali-  
tatis subscriptionis; & Catholicam Querimonie Tuam in  
& Nomine decoratæ debitam impendat reverentiam; at  
textum in l. cum filius 70 §. pater 5. ff. de leg 3 ibi: Nepoti  
plus tribus in honorem nominis m: i.

**Q**Veritur Doctor Arnaldus de Te, Illustrissime Domine, quod dūm in Practicū Moralem, & Petrum Iurien inveheris, confundis Catholicum cum heretico Iuriēn. Querela hæc [ si Practicus Catholicus est, super quo in dissectione alia dissenseremus] ad Practicum attingebat; nō vero ad Arnaldam. Iste autem eam institvere poterat ( si ratio aliqua illi iusfrageretur) contra Petrum Iurien. Qui dūm ex Practico Morali, totum exhaustus virus, illud appellat Spiritus Monsieur de Arnald. Sed cur de Te queritur, qui nec levi pollicē Arnaldi nomen tetigisti?

Queritur deinde exclamans, quod tantum abest, ut cum Petro Iurien confundi debeat Arnaudus, quinimodo adverū. Iurieum scripletur Apologiam. Sed quid inde Pindō enim non vidimus Apologum. Rurū certo certius est, non refutasse, nec respuisse nefarium librum Spiritus Monsieur de Arnald. Vnde eum approbasse censendus est: Approbare enim videtur, qui non contradicit. Paria enim sunt non contradicere, & approbare. Agnoscunt Juritcon'ulti Barti in l. ne in arbitrijs ad fin. C de arbitris, Matcard. de probatis conclusi. 121. An. 10. cum tribus seq.

Ergo quid interst, ut Petrum Iurien apologetetur? Serpentes se invicem morsibus petunt. Dixit Olaus Magnus in Histor. Septentrion, lib. 21. cap. 45. Et si Plinius in prefat. lib. 8 Histor. natural. scribat: naturaliter serpentem in genū suum non savire. Sed quidquid sit, fallit in Basilisco. Auditur Divus Isidorus origin. lib. 2. cap. 4. Basiliscus grātē, latine interpretatur Regulus, eo quod Rex serpentium sit, adeò ut eum videntes fugiant, quia afflatus suo eos necat. Textor etiā in officin. 2. p. verbo serpentum, notat: Basiliscus solo habitu serpentem quemlibet magnum suffocat. Seu ut dixit Alianus de animal. lib. 2. cap. 6. expirationis appulsa toxorescit. Denique non confudisti cum Petro Iurien, Arnaldum, sed Practicum Moralem; ergo non laessitus Arnaldus insurgit in vinclis.

Etc.

11

Ergò ipso se cum Practico, & Petro Iurieu confundit, ut dum eos aspides nominas, etiam Atpis Arnaldus videri, velit. Unus hinc est in pestifero animali, sensus; vel prius affectus est, (scribit Plinias natural. Histor. lib. 8. cap. 13.) coniuga ferme vagatur, nec n'stiam compare vita est. Altera interempta incredibilis alteri rationis cura. Persequitur imperfectorem undeque eum in quantolibet populi agmine notitia quædam infestat. Perrumpit omnes difficultates: permeat spatia: nec nisi amnibus arretratur, aut perceleri fucet.

Arcebitur proculdubio, Arnaldus sapientiae Tuę flu-  
mine, Iquo redundat Catholica Cerimonia quasi dicens:  
Ego sapientia effuli flumina, Eccl. 24. 40. Salomon enim  
seculi nostri eruditus es in iuventute tua, & impletus es  
quasi flumen sapientia, Eccl. 47. 16. Cuius impetus non  
modò à vindice aspide immunem omnino te reddit, sed  
letificat Civitatem Dei, Religiōissimam Societatem Iesu.  
Ita ut te protegente Deo aulice, super aspidem, & Basili-  
cum ambulabunt, quemadmodum civitas Dei; ut scribit Lyra,  
Psal. .... Dominus deduxit eos per desertum, ubi erant ani-  
malia venenosa, & ferocia; & tamen non nocuerunt populo per-  
manentib; in bono. Dominus Auctor fuit illis in solitudine malorum  
atque terribili, ubi erant serpens flatu adhucens.

Flatu internebat aspis, non solem tuotsu. Alianus de  
animalibus, lib. 9. cap. 11. Flatu adurit, & Basilicus, Diuus  
Isidor. origin. lib. 1. 2. cap. 4. Ad eius adspicuum, nulla avis vo-  
lans illa transit; sed quamvis procul sit, eius ore combusta de-  
voratur. Non aliter de adversarij Societatis Iesu eloqua-  
tus es, §. 1. n. 31. His enim verò, ut in cæteris spiritus afflat  
Iurieu. Et postea n. 46. Quid ni contra Iurieum; quid ni con-  
tra aliū Practica Moralis Authorē dicatur, dām uterque spiri-  
tum virulentissimum pectore abditum afflare per calamum  
tentatis?

Ergò vel à vindicijs Practici desistat Arnaldus; vel  
se compararem aspidem denominari patiatur, seu Basili-  
cum.

**A** Literam similiter nulla ratione subsistere subnecat querelam Arnaldus; scilicet Jesuitici G. i vernacula voce Catholicam Querimoniam decentant; et per itam Gallicam innoteat Monsieur de Arnauld esse invisum Domino Episcopo Alacitano.

Sed cum Querimonia Catholica nihil (ut diximus) de Arnauld contineat, sed tantummodo de Petro Jurius, & suo libello; & de Practico Morali; aut vacua est Arnaldi querela; aut si non Aspidem Practici compararem iterum te esse fateatur, caveat ne Basilicei naturam mouletur, cui Galli cantus est ex talis auspicij: Leo à Gallinaco magno timore afficitur. Eadem timore est Basiliscus; cum enim cum videt tremit animo: cumque eundem audit canentem, terrore confessus emoritur. Tradit Alianus lib. 3. cap. 31. in Histor. Animal.

Ergo ex Gallorum cantu, solum se percussum exhibebit, quisquis Spiritus Basilicei ostendi maluerit. Deficiat itaque ad Gallorum cantus Practicus Moralis; deficiat Iurius, & nocentissimus Spiritus Monsieur de Arnauld. Nam ut Isidorus ait, ubi supra loquens de Basilisco. Nihil enim parens ille rerum sine remedio constituit. Nec plura sunt mala, quanto remedia optimè Plinius. Non est fateri rerum natura, largius mala, an remedia generis, scribens etiam super Basilisco lib. 8. cap. 23. At si etiam deficit Arnaldus ad cantum Gallorum, scrutetur apud se ipsum, an sit idem cum Practico Morali, vel an sit suus Spiritus Monsieur de Arnauld.

Sed cum sonorus nos excitet Gallorum concentus de eo audiamus Plinium lib. 10. cap. 21. Hi [ ait ] nostri vigiles nocturni, nec solis ortum incantis patiuntur obrepere, diemque venientem nantiant cantu. Sed elegantius Sacra Catholica Musa.

Nocturna lux viantibus  
 A nocte noctem segregans  
 Preco dici iam sonat  
 Invārque solis evocat.

Nox erat *Theatrum Iesuiticum*, vi potē tenebrosus  
 tractatus de re tenebrosa, plenus implicatorum troporum,  
 qui aduersus Societatem Jesu mille phantasmatum turbu-  
 lentas species configurabat, vt de eo illud Horatij meritō  
 dici posset.

*Iam te premet nox, fabuleque manes*

Nox erat, quæ in Cathedra pestilentiae sedens, nocti  
 indicavit scientiam, nempé libro *Practici*, & Petri Iurieū  
 scientiam, inquam, nocendi Jesuiticæ Familiæ: *Anoscendo*  
 (ait Natalis Com. lib. 3. *Mythologie*, cap. 12.) nox dicitur,  
 ut quidam volunt, quia noctis humor infestus sit hominibus.

Nox erat vterque liber in cuius caligine insedens  
 spiritus theatri Jesuitici, spiritus Practici, & Spiritus Mon-  
 strarum de Arnauld Sanctam Societatem exercebat. Dæmonijs  
 enim (vt docet Divus Thomas 1.p. q. 64 art. 4 in Refp.) du-  
 plex locus pœnalis debetur, unus quidem ratione sua culpa, &  
 hic est infernus alius autem ratione exercitationis humanae, &  
 sic debetur eis caliginosus aer. Vnde, & dæmones in hoc aere  
 caliginoso sunt ad nostrum exercitium:

Noctis filij in Societatem Jesu vbiue in hisce libellis  
 grassibantur, nempé rixa, contentio, & invidia, quam noctis  
 prolem, non sine morali doctrina recenseret Natalis proximè  
 iam laudatus: Multi (ait) noctis filij fuisse commemorantur,  
 nam & rabiem eius filiam fuisse scripsit Euripides, sic etiam  
 rixam, sive contentionem, & invidiam eius vocat filias  
*Hesiodus*.

Patrem huiusmodi sobolis designavit Cicero in lib. de  
 Natura Deorum, sed quem? Erebum ipsum: Labor (ait) in-  
 videntia fasum, mors tenebra miseria querela, frans, pertina-  
 tia, parca, quos omnes Erebos, & nocte natos ferunt. Tota hæc  
 malorum fraternitas in nefarij utriusque libelli nocte de-  
 C ba-

bachantur, ut de ijsdēp. nē Eubio filij appositiissimē dixeris,  
(Illustrissime Domine )idem quod de Præctica Morali : luce  
indignus, ut potē inferni inter tenebras fabricatus.

Cantent igitur Galli sua vissimis, tum disertissimis, acu-  
tissimisque accentibus relonantes modulos *Catholica Quer-  
imonialia*. Nuntient te illuxisse solem, *Præticum* increpēt, &  
fomblentos quoslibet. Qui noctis Theatris te Authorem  
credisserunt, & dicant ex Divo Chrisostomo Homil. 7a.  
*Si quis solem tenebrarum Authorem existimet, soli ne, an sibi  
detraxit? Videlicet ipsi, cum furiosi, & insanientis opinio-  
nem affequatur.*

Cantent relegatā per te esse noctis *Præctica Moralis*,  
& sp̄ritus Monsieur de Arnould phantasmata sob specie  
Theatri falsis imaginibus illudentia.

*Disebat orne lubrum*

*Phantasma noctis exulet.*

Cantent Galli partos per *Catholicam Querimoniam*  
trius phos: Prokime[ ] aiebat Plinius nuper relatus glo-  
riam sentiunt :: quod si palna contigerit, statim in victoria  
canunt.

Cantent denique gloriam tibi (Illustrissime Domine)  
& tuo scelissimo influxu erecti vocem exultationis, &  
salutis emitant. Et, si Gallos soli sacratos esse putabat an-  
tiquitas, [ ] Natalis (lib. 5. cap. 17.) omni iure tibi de-  
voto animo Jesuitæ, sed præcipue Galli pectoriter glò-  
riam decantabunt.

Ergò denique, vel *Catholicam Querimoniam* non  
dolet Doctor Arnaldus per Catholicos Gallos decantari  
vel Basilisci metu laborare fateatur.

### D I S S E C T I O V.

**S**Erò tamen optionem hanc damus Doctori Arnaldo,  
quando Perlonam *Præticæ Moralis* induens omnia pe-  
ne Basilici officia explevisse conspicimus. Basiliscus enim,  
non

non occidit hominem ipsum videndo, sed per spiritus pessimilentes, per oculos egredientes, & tangentes hominem. Notat Abulensis Numeror. 2. tom. cap. 21. q. 11. Basiliscus est animal pestiferum valde, ex cuius oculis spiritus guidam egredientes, usque ad hominem perveniunt, eum corruptentes, atque illicè occidentes.

Non aliter *Spiritus Monsur de Arnald*, vel sit ille quem edidit Petrus Jelicu ex *Practica Morali*, vel sit illud, quem nunc ipse profert Arnaldus intendit honorem perimeae Societatis Iesu; ergo, vt cumque sit Basilisci natum & mulatur.

Quid ultra? Creditum quoque ex equo occiso hasta, & per eum subeunte vi, non equitem modo, sed equum quoque absumptum, scripsit Plinius lib. 8 cap. 21. & notavit Attianus de animal. lib. 2. cap. 6 & si Baculum, ait, quem quispiam teneat, momorderit, baculi Dominus necatur.

Distrinxisti pro tua Authoritate, & munere (utriusque enim latus facere intendis in oratione tua, §. 2. n. 2. Non in vos, nec pro me, ut Personam Privatam ago, sed pro Ecclesia, & pro Religione. Et paulo post: Si enim maledixisses mihi, Iuricu, vel tu Moralis Practice, sustinuissest utique, ac dimitterem, quantumque offendisses, sed ut proborum, atque improborum scandalo occurramus, cum omnibus simus in exemplar. agamus, quo, per officium Publicam Personam, opportuna nunc est, & necessaria nobis austeritas, & pia saevitia. Et conclusisti ex Divo Hieronym. Nec est crudelitas, sed pro Deo pietas.

Distrinxisti, inquam pro tua Authoritate, & munere Baculum, tibi in consecratione datum, ut sis in corrigendis vitijs pię saeviens. Vt us es eo in doctrina Catholice Quæsimoniæ ad correptionē maledicorum. Adhuc per Baculum doctrinae authoritas intelligitur. Hoc enim infirmi sustentantur, inquieti corripiuntur. Scripsit Durandus in ration. lib. 3. cap. 15 n. 1.

Baculus in iofimo extremo acutus est, ut pro opportunitate pungat; notat post Durandum Barbosa de offic. &

potest: t. p. vlt. i. cap. 5. n. 13. vt Baculus quasi lancea adversus suis impios vibrati possit. Vibrasti cum adversus Iurieu, & Practicum Moralem. Sed ecce Practici Personam ipsam ultroneus sustinet Doctor Arnaldus, & Baculum mordet, & parat per Catholicam Querimoniam virus transfundere in te Illustrissime Domine.

Primo enim temere proponit a iusticie tramite Te deflexisse, & nec legisse, nec vidisse Practicam Moralem, & ita immetit, & ad mera mJesuitarum suggestionem eam damnasse. Sed quo probat argumento? Nullo alio utique, nisi quia ab initio intellexisti Practicæ Authorem fuisse Iurieu; postea vero compertuisti, quod Iurieu minimè Practicæ Moralem conceperat, nec ediderat, sed tantummodo libellum inscriptum Spiritus Monsieur de Arnauld (scribis in Praefatione orationis ad Sanctissimum, § 4. Vbi postquam etiam librum utrumque anonymous esse supponis, ita prosequeris: Quisquis vero viperini partus (scilicet Practicæ Moralis) Author sit, & origo ex eo tum alijs passim heretici, tum maximè Bayle, & Iurieus venena hau- sciant.

Optima argumentatio! Subtilis mortuus Nescisti, Illustrissime Domine) nomen practici Moralis; ergo non vidisti Practicam Moralem; hocce enthymema elicetur ex sua super hoc diffusissima ratiocinatione.

Sistat gradum parumper Arnaldus, & videbit suam argumentationem illasam. Utique liber, scilicet Practicæ Moralis, & Spiritus Monsieur de Arnauld, sine Authore editus est. Nemio tenetur divinare, ut dicunt consulti per legem si Putator. 31 ff. ad leg. Aquiliam, ibi: Nam culpa ab eo exigenda non est, cum divinare non potuerit; ergo mihi non est te intellexisse, esse Petrum Iurieu Authorem Practicæ, quæ idem continet circa diaffimationem Iesuiticæ Religionis, quod continet Spiritus Monsieur de Arnauld; sed cognovisti postea, alium esse Practicæ Authorem, licet tibi incogniti. An iudee infertur, te non vidisse, nec legisse Practicæ Moralem?

Vidisti,

Vidisti profectò eam in se, & in Spiritu Monsiur de Arnald eam referente, quia relatum continetur in referente cum omnibus suis qualitatibus, iuxta Jurisperitos per legem asse toto, ff. de hered. inst. l si ita scripsero, ff. de condit. & demonstrat. Brunor. à Sole in locis commun. verbo relatio, Sebastian de Medicis de reg. iur. 10 n. 7.

Vidisti igitur, & statim Authorem incognitum visu interemisti; ut potè Basiliscum, qui ab homine prævisus emoritur. Notat Laguna in Comment. ad Plinium, Histor. natur. lib. 8. cap. 2. Ergo non suggestione, nec relatione datus in Practicam perorasti.

Sed demus; mera tantummodo relatio ne (quod falso est) in maledicentissimam Practicam invehi pro te, & pro Jesuitica Religione; adhuc prudentissimam, & iustam invective quisque Catholicus censabit. Quippe satis est te huiusmodi petulantiam ex auditu cognoscere.

Non ne ita Eximus, & nunquam condigne laudatus D. Solorçano bellum in anonymum inivit? Audiatur tom. 1. de iure Indiar. lib. 1. cap. 1. n. 48. ibi: Alacrior ad banc pugnam capeſſendam insurgo, quoniam audio in his ultimis annis librum quendam sine Authoris nomine per vulgatum esse, de his Indicane dominationis iuribus plura tractantem, cui titulus est: Mare liberum; cuius copiam hucusque nancisci non potui; nam in extremas istas mundi plagas raro similes libr perveniunt, & huius nundinatio, & relectio per Sancta Inquisitionis Officium interdicta videtur, ut constat ex ultimo indice librorum prohibitorum anno 1612. pag 77. Rimi. um, quia ve à viro docto, & pio, qui Hispania ante prohibitionem illum legit, accepi, heretici Authoris manum, & ingenium redolebat.

Pro accepta scilicet eiusmodi sectariorum in verecundia, qui nullam veritatis, aut decoris in suis doctrinis afferendis, & adstruendis habentes, quidquid in buccam venit affirmant, & consumelij, & in iurijs magis, quam rationibus certant. Et prosequitur, cum impugnans per plura capita. Ergo satis erat, quod ex constanti & indubitate studium, & si eum

non perlegisses, tibi de *Præctica nequitia innotesceret*, vt aduersus eam *Præclarissimo Nomi* Tu*o constituties*, cui *Theatrum Iesuiticum* imputabat.

Consulisti profecto; & simul liceat verbi vti sapientiæ, cap.10. *Iustum*, id est Societatem Iesu, à peccatoribus liberasti, & attulisti potentiam adversus eos, qui eum deprimebant, & mendaces effecisti, qui maculaverunt illum :: populum iustum, & semen sine querela liberasti à nationibus, que eum deprimebant. O eloquentiæ Tuæ vis *Sacra Spiritu Sapientiæ* potenter exitata!

## D I S S E C T I O VI.

**A**rguit Arnaldus, Illusterrime Domine; cur in editio-ne primi tom*i Præcticae Moralis*, in qua Te *Theatrit*Iesuitici** conditorem author laudavit, non proclamasti? sed post 14 annos quando edita est pars secunda.

Frigidum sanè dubium: eo quod Sacrarum litterarum exemplo, facillimo negotio evangeticit: *Quadragesima* per dies exprobravit Goliath, non clam, non inter suos, sed in facies Exercitus Israelitici; *stansque* clamabat adversus Phalangas Israel :: Nunquid non sum Philistaus? Ego exprobravi agminibus Israel hodie, Reg.1. cap.17.

Nemo Israelitatum huiusmodi petulantiae ignorantiam potuit affectare: *Audiens autem Saul, & omnes Israelites sermones istos.*

Aderant, vt refert textus in castris Militiæ nomen dantes Eliab, Abinadab, & Samma Fratres David, qui tam insolentis Monstri arrogantiā poterant Patri suo denunciare. Prope valde erat ad belli campale *theatrum oppidū Bethleemiticum*, Abulensis dicit. cap.17. q. 14: ad quod terribilis novitatis enarrationē statim pervenire potuisse credendum est.

Quomodo ergo tanto temporis intervallo Gigantis ausus maledici Davidem delitaciantur Deliquerunt tamē quis

quis inficiabitur? Usque cum David ipse prospexit eum,  
& audivit & tunc militibus etiam veterenibus tumidam  
comperuit Philistijm laesentis audatiam, ibi: Cumque  
adhuc ille loqueretur eis apparuit, vir ille spurius ascendens  
Goliath nomine::: & lequente eo hac eadem verba audivit  
David, & dixit unusq[ue] i spiem de Israel: num vidistis, virum  
hunc qui ascendit? ad exprobrandum enim Israeli ascendit.

Quid ergo mirum, quod secunda pars *practica moralis*  
Te, Illustrissime Domine, diuturno tempore lateret, in Reg-  
nis exteris excussa; & ad Hispanias adventare prohibitus  
liber, cuius commercium, etiam in h[oc] regna intus  
nunquam permitti poterat, ex defectu nominis Authoris sui  
& ex ipsa materia?

Constitit tardem tibi secunda pars, & ultima practi-  
cae moralis quemadmodum Davidi pars ultima procacitatis  
Philistei, statim accinctus es ad bellum, imo ad victoriam,  
contra eum, & contra Iurieum, qui in libello *Spiritus Mon-*  
*sifur de Arnald* arma ipsius Goliath referebat Tunc com-  
petuisti ex fide digna relatione primam partem *Practica Mo-*  
*ralis* eiusdem delirijs laborare, que omnia satis aperte indi-  
cat *Catholic Querimonia*; initium perlegat Arnaldus, ibi:  
Ad manus nostras novissime pervenit libelius quidam parvus cor-  
pore, sed malitia Gigas. Perlegat; nec iterum bahum vicietur;  
quod soepius accidere posse Arnaldo non est diffundendum,  
A sapientia enim natura facilis est in hallucinationem; *Habens*  
*enim* *habet oculos*. *Textor in officina. Tom 2. tit Serpentem. no-*  
*mnia verbo Aspis.*

### D I S S E C T I O V I I .

Vellicat Arnaldus *Catholicam Querimoniam*, intenders  
inanem esse, & minime suassoriam; & alibi; tuo Namque  
indignam autumat, nec ullam tibi gloriam peperiisse,

Quod vero pro huius medi morsu in h[oc] gendo mediū  
arripit? Illic nempe, quod non resperdetur ad h[oc] gendo, quod  
in *Theatro Jesuitico* referuntur. Mor.

Morsus hic pēnitūs in casum iactatur, elidetur enim si repondeat Arnaldus. Extricavit ne Divus Paulus Ethnorum Fabulas; cum perveniens Athenas iactabatur spiritus eius in ipso videns, idolatria deditam civitatem? Actum Apost. cap. 18. n. 12.

Confutavit ne tot Deorum inanum ceterum, & si superstitionibus vndeque innodatos cerneat? Minime; sed tantummodo verum Deum prædicavit: Præteriens enim, & videns simulacra vestra inventa, & aram, in qua scriptum erat: Ignoto Deo. Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis:

Incepit à creatione Deus, qui fecit mundum, & omnia quae in eis sunt, &c. Hic Cœlum, & terra cum sit Dominus, in ipso enim vivimus, & movemur, & sumus, sicut, & quidam vestrorum Poetarum dixerunt: ipsius enim, & genus sumus. Attendat Arnaldus: Divus Paulus deliria illa Poetarum tangit ut à cœcitate revocet Atheienses, & tamen ea refellere missit, & ad assumptum transiit. Genus ergo cum simus Dei non debemus estimare auro, aut argento, aut lapide sculpturam artis, & cogitationis hominis: Divinum esse simile.

An forté inefficax fuit Pauli prædicatio, quia nihil dixit circa Poetarum nugas, qui Iovi omnium creationes tribuebant? Nutritum ab apibus. Omnipotentem Incognitum.

Virg.	Iupiter alme; tuo sunt omnia munera nata.
lib. 1.	Dixa Parens tellus; præ excelso vertice montis
Aenei.	Et maria, & quidquid Cœlum amplectitur altum
Georg.	Nunc naturas apibus, quas Iupiter ipse.
lib. 4.	Adidit exp. diam
Hæcid. lib. 1.	Cœli Regem pavere sub antro

Sed Pater omnipotens speluncis abdidit antris.

Com. lib. 2. Mitholog. cap. 1. pag. m. hi 105.

O Iupiter mortalibus non cognitum

Quis si?

Ecce Apostolus in his refellendis prætermisso diludia facit

facere. Quid nō Prædicans resurrectionem mortuorum,  
quam omnino aspernabantur, & quidam quidem irridebant.  
Iolummodó campis Elysijs fidem adhibebant.

Ergo exercecentur pœnis , veterumque malorum  
Virg. Supplicia expendunt : alia panduntur inanes  
lib. 6. Suspensa ad ventos : alijs sub gurgite vasto  
Ainei. Infectum eluitur scelus, aut exuritus igni.

Quisque suos patimur manes: ex inde per amplum  
Mittimur Elysium, & pauci lata arva tenemus.

Et licet nullum perpetrabile crimen sit, quod libellis infamatorijs, vel cœquat proditione, vel attingat malitia, vel superet atrocitate; nam ut aiebat Barclaius tractat de Regno. & Regali Potest. lib. 6. cap. 16. Quæ detestabilior immanitas! Quod impius, & nefarius scelus! Quam Illustrium vi-

Virorum existimationem turpi scripto ad varias Nationes emissos fundere, & violare: Distractor fure peior est, & planè homicida. Sententia indubitabilis; ut quæ per Spiritum Sanctum dictata est, Prove b.cap. i8. Mors, & vita in manibus lingue. Cui adhærent iura. Ius enim Canonicum in cap. Homicidiorum de penitent. distinct. i. ibi: Homicidiorum verò tria esse genera dicebat Beatus Petrus, & pñnam eorum parilem fore; sicut enim homicidas interfectores fratrum, ita, & detractores eorum, eosque odientes homicidas esse manifestabat. Quia, & qui occidit fratrem suum, & qui odit, & qui detrahit ei, pariter homicidam esse monstratur.

Ius Regale Hispanum n. l.4 tit. 13. p.2. ibi. t Dos yeros son como iguales, matar al ome, o infamarlo.

Non tamen speciale est adversus libellorum famosorum Authores, vt suspecti de hæresi habeantur; nam eadem laborant suspicione, qui similiter necant propositionibus iniuriiosis: Propositio iniuriosa [ait De bene de locis Theologis, p.2. dub. 168] est qua detrahitur aliqui fidelium statui, illustri Personæ, vel Dignitati, vel Sancto: vel si quis contra Cardinales, vel Religiosos effutire soleat. Et iudicio subiacet Sanctæ Inquisitionis; vt scribit etiam Diana coordinatus tom.5. tratt. 10. resolut 92.n.2. ubi collectanea Doctorum.

Sed nec opus est authoritatibus, dum extat Sedis Apostolicæ decretum, per quod Sancto Tribunalis Inquisitionis commisit, vt ex omnibus libris expurget verba: Quæ fama proximorum, & presertim Ecclesiasticorum, & Principum detrahunt. Ratio in promptu est, quod attinet ad Ecclesiasticos, quia sequitur perturbatio, augmentum irreverentiae. Et contemptus Sacramentorum, quæ per eos consciuntur, vel administrantur. Dixit Divus Anton in 3.p.eit. 18 cap 4.

Quemadmodum eadem ratione pertinent ad Sancti Tribunalis cognitionem Propositiones scandalosa, quæ (vt notat Caso lib.1.de locis, cap.11.) sunt ille, sive commentaria fabule, sive narrationes etiam vera, quibus Monachorum vita occulta, vel finguntur, vel detectantur; id quod sine imbecillium offensione fieri non potest.

Quod

Quod etiam Illustrissime Domine, p̄euenisti dicto §. II.  
ib⁹ : N.s apud plebeios radices figunt ; & mendacia inter insi-  
ffientes prevalent, ex quo potest oriri, ut Verbum Dei non re-  
cipiatur salubriter ; imo infructuose disseminetur : locutus es  
ad mentem Divi Hieronymi in cap. 4. Matthai, ad illa ver-  
ba : Abi⁹t opinio eius, &c. Opera salutis sine fama boni odoris  
non satis reluent Auditoribus.

Ergo cùm per libellum spiritus Monsi⁹ur de Arnald⁹  
de Practicū Moralem decus, & splendor Religiosissimæ  
Societatis Iesu denigrari intendatur, atro, & hostili libello-  
rum, iniuriarum, & scandalosarum propositionum, & ver-  
bōrum fuit ; quis ambiget Te optimā ratiōne tanquam  
cum hereticis agendum esse, cum eorum Authoribus pro-  
postulile in prædiis Thesibus Catholice Querimonia. Ergo  
non absire, nec sine applicatione, ut præcipiti motu per-  
pendit Arnaldus ; sed a Te parvi pendendo. Nam ut Cœ-  
lestia han⁹ manus effugiant, & ab his, qui templa diruunt,  
aut simulacra constuant, nihil Divinitati nocet ; ita quidquid  
sapientem protervā, petulantē, superbē, frustra tentat.  
Dixit Seneca de constant. sap. cap. 4.

¶ A. 1552. tiz D. I. S. S. E. C. T. I. O. XIV.

**P**rustrā similitētentat Arnaldus, quod absire, & sine  
applicatione proposita est 3. Thes. in quā, & solitā elo-  
quentiā, & eruditōne convincit. Morem esse hereticorum  
perpetuum, ut hereticos, sua libros Prelatis ac P̄is h̄ris  
ascribant. ¶ Quam quidem Thesim super abundanter inveniet  
canonizatam ex Concilio Romano coram Gelasio ; quod  
referitur in cap. Rerum 3. n.s distinct, ibi : Ceterum, que ab  
hereticis, vel schismatēcī conscribitur, vel prædicata sunt, nulla-  
venis recipiat Catholicam Apostolicam Ecclesiam Romana. Ex quibus  
būd.

panca, qua ad memoriam venerunt, & à Catholicis vitanda sunt, credimus esse subdenda: Itinerarium nomine Petri Apostoli, quod appellatur Sancti Clementis lib. 8. apochryphum Actus nomine Andreae Apostoli apochryphi. Et progreditur per libros 12. Apostolis ab hereticois adscriptos. Et infra Evangelium, quod falsavit Tatianus apochrypha, & recenset alia Evangelia. & libros Sanctis suppositos per Hereticos, quos referre valde prolixum esset. De cuius materia eruditè Grethserus de iure, & modo prohibendi libros malos, lib. 1.

His attributis Heretici etiam ipsam Societatem diffamare non semel sunt contemnati: edidisse enim eam finxerunt, infamen librum Monita Privata; quorum audaciam compressit Nuntius Apostolicus per suum decetum, in forma Brevis expeditum in Polonia 14. Novemb. anno 1615. ita statueritis. Cum insigni labe totius Ecclesiastici Ordinis, impio, & sacrilego conatus sit sparsus libellus famosus contra Societatem Iesu: (Monita Privata) eidem Societati falsò insertum, &c. Nos, & pro singulari affectu erga eundem Religiones Ordinem de Catholica Republica optimè meritum, & ut bona fama (qua plurimum ad propagandum Divinae Majestatis cultum ubique valet) statutus Ecclesiastici universè propiciamus, & prosequitur prohibitionem edicens omnimodam prædicti libri.

Quemadmodum sequente etiam anno 1616. S. C. Indicis 10. Maij in hæc verba: D. D. Cardinales decreverunt, prefatum librum (Monita Privata) vixit falsò Societati Iesu adscriptum, calumniosum, & diffamationibus plenum, omnino esse prohibendum, prout de facto illum prohibuerunt, & mandarunt, ne cuiquam in posterum licitum esset eum vendere; vel apud se retinere. De quibus decretis Grethserus in Apolog. adversus monita, cap. 1.

Libros alios erroribus plenos evulgarunt Heretici eadem pervicaciâ, quâ Diotimus Stoicus infensus valde Epicuro istius nomine, ut in eius dedecus cederent, ex

degravata doctrinâ, multa edidit scripta, ut resert Patri-  
tius de Regno, & Regis institut. tit. 7.

Non aliter imputatunt Patii Joanni Malconado *Tra-*  
*Etatum de Sacramentis*. Divo Francilco de Borja *Catechi-*  
*snum*, & alterum *Catechismum* P. Petro Canisio, & plures  
alij similiter, qui per expurgatorios omnino damnau sunt,  
& declaratum ab hereticis esse confitos.

Ergo dum tibi imputabatur *Theatrum Iesuiticum re-*  
*cte*, & induxit, & probasti huius modi hereticorum mo-  
rem; ergo non abstine, nec sine applicatione; in quo nec sine  
triumpho, & optaci finis implementio. Nam in *Catholicam*  
*Querimonia* fronte illua ostentasti Ichensem: Ut muta fiant  
labia dolosa. Et ecce quidem muta facta sunt labia Practici,  
& P. tri Turcicu, neque alia exauditur, nisi vox Arnaldi; cui  
percontati duximus: est ne vox Catholicam Doctoris? Ita  
asseverabit. Agat igitur Catholicam Personam, non cum  
Practico iam muto caliget: non Practici errorem amet Quid  
enim resert, an alia mutis dissimilia habeat, si quod in omni  
peccato muta defendit similem habet caliginem mentis. Dixit  
Seneca de ira, lib. 3. cap. 27. Et antea lib. 2. cap. 9. Et haec est  
caligo mentium, non tantum necessitas errandi, sed errorum  
amor.

## D I S S E C T I O    X V .

In Sorbonicâ Academiâ laureâ Doctoratus insignitum le-  
iudicat Arnaldus, & à Sanctissimo Papa Inno. c. XI. loc'icis  
recordationis in quadam epistola responditoria laudatum,  
cuius transcriptum ostendit etiam Doctor iste. Tum pra-  
etatum Motalem supponit virum Doctum esse, & eruditum,  
& ut talero proclamatum. Seo à quibus proclamatus dicat,  
& si lanabilis est, quis est iste Practicus, & iaudabimus eum?

Sed his omisi, duplice response reponsiōne evanescit haec  
duplex ponderatio. Nam quoad epistolam Sanctissimi ex  
cuius

elus renore facile dignoscitur Arnaldum ad Santissimum gratulatoriam de suâ intronizatione epistolam scripsisse, & obtulisse libros quosdam adversus hæresim Calvinianam editos; ad quam rescripsit Eminentissimus Cardinalis Cibo pro sanctissimi Pontificis Bonitate, & Clementia. Non dedecet enim etiam supremum Principem obsequium exhibentibus subditis humanitatem in relictis respondere; ut eruditè notavit ille celebratissimus Episcopus D. Antonius de Guevara in *Epist. fam. 1. p. ad D. Ildephonsum de Albornoz, pag. mihi 70* Cuius verba digna existimamus, ut ea in memoriā revoces, ILLUSTRISSIME Domine.

Ibi: *Affuerit*, ait, *Domine, non omittere responsoriam epistolam, cuicumque Tibi scripserit; Iudeus enim Nobilium non officere sue nobilitati, huismodi rescriptum mihi affueravit. Maiori respondere, necessitatis est: Aequali voluntatis: inferiori tamē pure virtutis. Alexander Magnus Pulioni ferrario equorum: Iulius Cæsar Rufus Hortulanus: Augustus Panphilus Ferrarius; etiam Tiberius Myrto sartori rescripsierunt. Et alia exempla adducens prosequitur infra: De Phalari Celebri tyranno legitur, nunquam obsequium à quopiam sibi praestitum esse, cui non grates rependeret; nunquamque epistola ad se missa non rescripsisse. Altos adeò, i& Magnos, quos retulimus Principes inferioribus adeò hominibus, & mechanicis officijs operam navantibus scripsisse, non ut indignum enarrant historiographi, sed ut in Principum gloriam cedat. Decet igitur etiam Principatus fastigium humilis nostre hominibus per suas epistolás respondere.*

Ergo abs te, & sine applicatione expendit Arnaldus honorem epistolæ Pontificiæ; cum hæc omnino non pertineat; nec pertinere possit ad Practicum Moralem, nec ad honestandam eius defensionem.

Minùs honestatur ex qualitate eruditionis; & doctrinæ, quam in Practico supponit Arnaldus; nec ex Authoritate, & Graduatione Doctoris Sorbonici, & Catholici; immo ex ijs titulis magis gliscit injuria. Atrocius sub sancti

**N**ominis professione peccatur; ubi sublimior & prærogativi  
major est culpa: dixit Salviānus lib. 4. de Gubernati Diuinae. Et  
alibi apud Anneum Robertum lib. i. rerum iudicati cap. 3.  
& 4. Criminiōsior est culpa, ubi honestior status, ubi honestior  
persona peccantis.

Hilatius Papa relatus in textu in cap. Nulli fas 25. q. 1.  
ibidem Reatu maiori delinquit, qui potiori honore fruitur, & gra-  
vior a facie vitia peccatorum sublimitas peccantium. Ergo ex  
ipsa suāmet defensione potius aggravantur Practicus, &  
Arnaldus.

## D I S S E C T I O N E XVI.

**E**t protenditur Arnaldi defensio, ut petat à Te Illustris-  
ime Domine, condignam honoris sui restitutionem.  
Proh Deus! In nullo foro talem vidimus inter defensorem,  
& defensum identitatem, vt defensor sibimet petat com-  
pensationem! Quid ergo? An idem, & unus sunt Practi-  
cus, & Arnaldus? Quod si est unus, & idem, quis Illustris-  
ime Domine, æquo animo sustineat, quod Goliath Reli-  
giosissimis Castris Societatis Jetu exprobrans, & Tibi  
Tutelari eius Numini infensus, sibi satisfieri depositat?  
Juven. [ Quis tulerit Gracchos de scinditione querentes!  
sat. 2. [ Quis cœlum terris non miscerat. & mare cœlos!

Si vero Arnaldus non idem est cum Practico Morali:  
quid queritur? Cum nec ullum verbum de ipso protule-  
ris in totâ Catholica Querimonia; sed solummodo illud du-  
bium, & conditionatum, quando ad Goliath allusisti:  
dummodo sit Arnaldus, ut alibi ponderavimus.

Quod si telis Catholice Querimonia, quæ Practicum di-  
lanierunt, se quoque Arnaldus dolet transverberatum;  
au'iat Divinum Hieronymum epist. ad Nepotianam, ad finem,  
ibi: Lapidatio in virginitatis libello, quem Sancte Eu'lichio  
Rome scripserant: aut enim nihil scribere lumen fuit, ne homi-  
num iudicium subiremus: aut scribentes noſſe cunditorum ad-  
versus

versus nos maledicorum tela torquenda. ( Hanc apud impios  
fortiuntur pia scripta fortunata ) Hieronymus nullius nomen  
designaverat: Nullum [ ait ] Ies[us], nullius nomen mea scriptura  
designatum est : neminem specialiter meus sermo pulsavit : ge-  
neralis de vitiis disputatio est. Tu vero ( Domine Illustrissi-  
me ) Practitum Moralem tantummodum , & Petrum Iurieu  
pulsasti Societatem inquis labijs , & lingua dolosa lace-  
rantes. Nullum preter eos increpasti: nullum designasti ; ge-  
neralis in hostes erupit invectio : conclude ergo, Illustris-  
sime Domine ( si Arnaldus in sua persistat querela ) ut co-  
cludit Doctor Maximus contra eos ; qui ultronei , & non  
lacesti in librum subm̄ consipirarunt : Qui mihi irasci  
voluerit, ipse de se, quod talis sit confitebitur. Talis , ut Pra-  
etius , & Iurieu.

## D I S S E C T I O XVII.

**F**remuisse gentes , & Haereticos meditatos esse inania,  
adversus Societatis Iesu gloriosam nomenclaturam , &  
adversus eius Religiosos , novum quidem non est. Fre-  
muit Rocheles , & Pachasius , & alter Antonius de Ar-  
naldo Calvinistæ , ut videre est apud Bonum ritum in amphि-  
theatro Honor. lib. 3. p. 234. vers. Sed , & Societatis Iesu Nomen ,  
& apud Payva lib. 1 orthodoxar. fol. 19.

Sed quare tremuit Catholicus Doctor Antonius de  
Arnald? Audiamus; consulto enim huiusmodi tremitum  
huie loco reservavimus. Ut quando iam dissectionibus  
nostris limites imponimus , Societatis iniurias sepeliamus ,  
& eis noxio sanguine parentemus ; ut alias eloquebatur  
Petronius Arbiter in satyr.

Oritur tremitus ex dictis præcipue à Te adversus  
Haereticos Thesis 1. præcipue n. 43 vbi contra Iurieu clo-  
queris : Quid enim calamus thus instillavit , nisi Iesu acer-  
bissimas contumelias ; dum eius Societatem tali spongia amari-  
cisti,

32  
cristi, aedito perfadisti. Et in scris Origenis & Iurie Celsum ita dicentis: Ceterum quid attinet respondere ab maledicta; convitiaque, que in Iesum iaculatur,

Conculuit ad huc Arnaldus, effecuit verò ptoculdabio, ubi statim ait n. 46. Quid ni contra Iurieum, quid ni contra aliam Practicae Moralis Authorem dicatur, dum uterque spiritum virulentissimum pectori abditum afflare per calamum tentasti?

Exsistit denique dum in §. 7. n. 6 ad Sanctissimum exclamasti: Non solum scripta falsa flumnis addicentia sunt, verum etiam eorum Authores, & impostori ad instar moneta falsarios, ut eruditissime comprobasti.

Itaque hoc æstu flagrans, ait: iam pridem pretendisse Jesuitas, gentes eos suspicere eadem veneratione, ac reverentiā, qua Iesum Christum Et quemadmodum in Iesum Christum loqui, blasphemia est igne expianda, ita in societatem loquentes eidem pœnæ submittendos iudicant. Et simul afferit, blasphemam rem, & sacrilegiam esse applicari pro Societate adversus Practicam. & Iurieus textum Origenis contra Celsum de Christo blasphemantem.

Aethna montis incendia ex ventorum flatibus inter concertantibus, & sulphur, & bitumen agitantibus concipiuntur, ut explicat Justinus lib: 4. Non aliter Monsiur de Arnaldus suo excitatus spiritu in supra iactatas erumpit flammis.

De Aethna cecinit ille Musarum disertissimus alumnus Hilpanus noster D. Gabriel B. angel.

Hypocrita, et Mongibe'o;

Fuego oculta, nieve expone.

Que harán los pecados humanos

Si saben fragar los montes?

Quoniam celebratissimi nati sententiam sub hoc hexametro, carcerabitur.

Hypocrita Aethna nivem ostendit, flammaque recordit;

Quid montes facient, & sapiunt si frigere montes.

53

Non aliter sit se existat Arnaldus, sed cetera erga Te dissipulati  
l'ne, qui uivem ostendat, non ut nos illi ne peculantiae  
notam evaderet, candidus pro Tuâ reverentia apparere in-  
tendens, ait hinc de honoribus Societatis impensis, clausu-  
lam, illamque Origenis textus applicationem, fabricataam  
esse à Jesuitis, non à Te structam. Quo frigidissimo ope-  
rimento, & ardore, & alget.

Quem quidem morba n. animi inlaetiam optime appelle-  
labimus cum Seneca eisit. 95. Inter insaniam publicam, &  
hac, que à medicis traditur, nihil intereat nisi quod haec morbo  
laborat; illa opinioribus falsis. Altera causa furoris traxit, ex  
valetudine, altera animi valetudo est. Et statim de remedio  
differens prosequitur: si quis furioso precepta det, quomodo  
in publico se gerere, quomodo in privato, erit ipso, quem monerit,  
insanior. Si bils nigra curanda est, & ipsa furoris causa remo-  
venda. Idem in hoc animi furore faciendum est, ipse discut  
debet.

Non dabimus ergo Monasur de Arnaldo Doctori pre-  
cepta quomodo loqui debeat, sed ea, que (ut mōre medicorum  
loquuntur) vim discussoriam habent, medicamenta propi-  
nabimus.

- DISCUSSIONE I. Primam recipiat ex ipsa, Catholicis, Queri-  
monia; in ea enim S. vlt. n. 6. Henricum kalchein in medium  
adduxisti ita loquentem. Nam se falsarius moneta comburen-  
dus est quanto magis falsarius librorum, qui per adulterationem,  
supponit viris Catholicis, probis, & in summi dignitate consti-  
tutis; ea, de quibus nunquam cogitarunt, & que viti sine sunt,  
marculo falso insignit, signoque nobili notata, quasi legitima dis-  
pendit. Ergo sine illa sacrilegâ paritate, quam criminatur  
Arnaldus, Societatis libellarios poenâ ignis dignos exi-  
stimari fas est.

Sed irritat, locoseque pro Petro Turieu quasi advocans,  
& quasi sibi congratulans ait, longissime abesse à manib.  
Est sibi consilat, non longè enim, nec immunes ab ira Dei  
sunt huiusmodi n. satij detr. et res, nam & si sumplicent  
pen-

pennas suas diluculo, & habitaverint in extremis maris, illat manus Domini deducet eos, si descenderint in infernum, adest.

Contremiscait saltē ad vocem Ethnici Authoris tentiæ, sed dignus Catholico Doctore, Valerij inquam Maximi lib. 1. de Religione, cap. 11. n. 25. ubi recensens illum Dionisium Tyrannum Deorum iriorem concludit, ibi:

Qui tametsi debita supplicia non exolvit, dedecore tamen felix mortuus penas repedit, quas vivus effugerat. Lento enim gradu ad vindictam sui Divina procedit ira: tarditatemque supplicij gravitate compensat. Patietur ergo Jurius, & similes, in libertis, id est in libris, combustionis dedecus, & mortui flammis, quantumvis tarda, severiori Dei vindicta.

**DISCUSSIONE II.** Secundum recipiat discussionem ex lege quisquis 4. Cod. ad leg. Julianam Maiestatis; ibi: Ipse quidem Maiestatis reus feriatur, etiam conatu; eadem enim severitate voluntatem sceleris; quin effectum puniri iura voluerunt: nam & ipse pars corporis nostri sunt. Ecce Annalde Ministeriorum Regionum offensores, imò & offendere contantes tanquam Rei Maiestatis puniuntur. Variabit ne consequentia; ergo eadem reverentia, & veneratione eos Populi suspiciunt, qua Regem ipsum & Minime. Pars corporis Augusti sunt, pars etiam nobilissima corporis Ecclesiae suha Jesuitæ & siquidem Societatem Brachium Ecclesie dextrum vocavit. Clemens VIII. ut refert Suarez de Relig. tom. 4. tract. 10. lib. 1. cap. 8. num. 5.

Sed sacerdotium nostrum Papam Alexandrum VIII. etiam Dominicanam Religionem Brachium Ecclesie dextrum denominasse refert Reverendissimus Magister Generalis in litteris encyclijs ad Ordinem missis. 2. Octobris anno 1689.

Est ergo utraque Religio ita unitate connexa, ut ex utrâque fiat unum Brachium dextrum Ecclesie; vnde duæ subsequuntur veritates; priuia quod, sicut utriusque latitudines communes sunt, ita & offensae. Secunda, quod in Societatem facit egus, seu effrenatus obrestatator Christum ipsum fecundit, dum in suos Ministros grassatur.

**DISCUSSIONE I.** Recipiat tertiam. Non spirabat  
Saulus in Jesum ipsum ; sed in Discipulos Domini. Ac-  
tuum Apostolor. cap. 9. Saulus adhuc spirans :: in Discipulos  
Domini. Non dixerat in Jesum spiravit. Spiritus Monsieur  
de Arnald. in Jesuitas. Et quanam artem? Saulus mu-  
nitus Epistolis : Petiit epistolam in Damascum. Jurieus , &  
Practicus suis libellis , Arnaldus epistola in Jesuitas  
conspirant. Et licet bellum totum in Discipulos con-  
citatetur, Jesus sibi causam sumit. Saule, Saule, cur me perse-  
queris? Ergo Jesuitarum persecutio , ut postem persecutio in  
Jesus merito contemplanda venit ipso Domino praedican-  
te: Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei Zach. c. 1. & No-  
lite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari.  
Psalm. 104.

Admisceamus praedictæ discussioni hanc factorum  
Ministrorum protectionem, à Jesu impetratam , speciali  
titulo, Jesuitis. Quid facile suaderi potest ; milites enim  
sunt Jesuiticæ Milicie , ut patet ex illo Romano Pontificis  
rescripto Greg. XVI. in Bravi concessio Episcopo Catolo de  
Lorena , ad ingressum in Societatem , ibi : Proficiere ad  
illam Sacra Militia Societatem, Catholici nominis defensione, &  
hereticorum excidij clarissimam.

Regis verò est præter legum plurima beneficia spe-  
cialis militum protectio. Casiodes, pars 1. lib. 6. epist. 13. De  
remuneratione militum , ibi : Haec quidem priscorum beneficio  
consequeris , sed nostri Nominis contra inciviles impetus; & con-  
ventionalia detrimenta perenni tutiōne vallaris :: nec tamen  
aliquid contra te valere permittimus, quod dolosa fuerit machi-  
natione tentatum. Ergo Jesu Nomen contra iniurias , & fa-  
mosos libellos, milites suos specialiter esse protecturū, non  
dubitandum; infensumque esse lelu, qui suæ Sacre Militie  
infensum se exhibuerit.

Quod siquid hūc hoc sibi non suaserit Arnaldus, redat  
ad texum in fol. 4. ad legem Iulianam Majestatis ; & vobis  
cuilibet etram ex militibus iniuriam inquietentem, tanquam

Reum Maiestatis damnatum? ibi: Vel chresto posse rem  
qui nobis militat :: ipse quidem ipoteq; Maiestatis Reus gla-  
dio feriatur. Ergo iniuria Jesuitis incussa, qui leto militant,  
in Iesum ipsum refundi pro compito est, & ad poenam  
tanquam læsse Maiestatis Divinæ reputanda.

**DISCUSSIONE IV.** Dicunt amici utram de honoribus.  
Ab ista sacrilegè hyperbolica patitur, quia Arnaldus  
ponderat iam pridem studiis Iesuitas, eadem rever-  
tentia eos Gentes suspicere, quia Iesum Christum. Con-  
sideret Arnaldus; ex qua clausula *Catholica Querimonia*  
hœc studium infert. sed si considerationis tempus esset,  
ab ista temperate affectatissimam affe. Quotiose, neq; sp. Ca-  
tholica Querimonia structuram esse, non Tuam; sed  
Iesuitarum. Vel temperaret saltem ab audacia, qua *Or-  
thodoxam Querimoniam* super suis taxat; nam vi terminos  
omnime circumspectionis non predebetur; satis etiam  
cum Tuo Nomine, i& subscriptione viisse nuncitam.  
Sed parcamus Arnaldo exclamationi nihil est enim vis,  
& effectus ardoris, & caloris, quibus afficitur Arnal-  
dus, quo cum non incongrue videretur Martialem doqui in  
illo lepido epigrammate, ubi & morbum describit, & consi-  
lium sanum laboranti obtulit. *Ad hanc etiam etiam*  
Lib. 4. *Decimas in febre, Mathon: Natura esse phrenesim*  
*Epig. 8 i.* Si nescis, non iest Sud. *Amice Mathonum* cito  
*Decimas ager, decimas habmitratus;*  
Si sudare aliter non potes, est ratio  
*Magna tamen res est, errans cum visceris febris.*

*Exurit, res est magna tacere, Mathon:*

**DISCUSSIONE VLTIMA.** Sed ait huc hos pravos affectus  
discutiamus ex S. Thoma 2. 2. q. 63. art. 3. ad 3. Vbi san-  
ctus Doctor. Honor nihil aliud esse videtur, quam reverentia,  
quædam alieni exhibita in testimonium virtutis. Jesuitæ appa-  
remnes ubique Catholicos; imò apud Barbaros; & Indos  
(ut erudit in *Catholica Querimonia* probasti S. 1. ex  
n. 18) in reverentia sunt, ergo ubique facit virtutis  
testimonium.

Rursus: Honor debetur optimis, dixit Philosophus, & ex eo Angelicus Præceptor 2. 2. q. 103. art. 2. ait: Honor nihil aliud est, quam quadam protestatio de bonitate alicuius. Gentes omnes honoribus Jesuitas prosecuntur ergo eorum bonitatem protestantur.

Honor est quodam testimonium de virtute eius, qui honatur, & ideo sola virtus est debita causa honoris: dicit q. 103. art 1. Ergo ius clarum suffragatur Iesuitis, & optima, & industria causa ad honorem, dum Gentes omnes pro se habent virtutum suorum testimonia proferentes.

Testimonia huiusmodi non unica specie carcerantur, sed ut scribit dicto art. 1. Ostenduntur: per signa exteriora, vel verborum, puta cum aliquis ore pronuntias excellentes alicuius; vel factis, sicut inclinationibus, obviationibus, & alijs huiusmodi, vel etiam exterioribus rebus, puta in munere oblatione :: & secundum hoc honor in signis exterioribus, & corporalibus consistit. Ergo exterioribus his signis, quibus invidenter adversarij Societatem extolli debitum est apud omnes Gentes, imo non utcumque sed cumulatis honorum exhibitionibus Paul. ad Timotheum epist. 1. cap. 5. Qui bene presunt Presbyteri, duplice honore digni habentur: maxime qui laborant in verbo, & scriptura.

Innumeròs tot adducemus honorū Societatis testes, quot quot libris suis Iesuiticam gloriam Eternitati mandarunt; sed & quod ad evidentiam relucet, repetita Sedis Apostolicæ oracula, ab incunabulis Societatis, sublimibus eam honoribus exaltantia, neque enim altius encomia, neque firmissus, neque verius resonare possunt, quam quæ ex eminentiore, & Maiestico Dignitatum culmine derivantur. Quid enim maius queritur, quam hic invenisse laudum testimonia; ubi gratificatio non potest esse suspecta! Regnantis quippe sententia iudicium de solis actibus sumit, nec blandiri dignatur animus Dominij potestate munitus. Dixit Casiодорius variar. lib. 1. epist. 3.

Hęc vero, quæ laudum innuimus testimonia in sequenti

Dissectione pudentur. Interim vero Societati Gloriæ in  
dus, ad instar Aman pro Mardocheo, præconium paret ad  
Iesuitarum exaltationem, ut Esther 6. Hos honore dignus est  
quem Rex honorare vulneris.

## DISSECTIO. XVIII. ET ULTIMA

Theatrum Iesuiticum.

### S. I. DE SACRIS HEROIBVS.

**I**mmensum iuris pelagus tranaturis visum est. Antiquis iuris Interpretibus ab Urbis primordijs exordiri, ut, in l. 1 ff. de origine iur. ibi : Facturus legum veteristarum interpretationem, necessario prius ab Urbis initijs repetendum existimavimus non quia velim verbosos commentarios facere, sed quia cuiusque rei potissimum pars principium est.

Potiori igitur iure, nos Theatrum honoris Jesuiticum structuri à Religiosissimæ Societatis nascētis exordijs repetemus. Nec mihi cuncta complectendi cupido incessit ( loquitur ex Valet. Maximo in Prologo ) quis omnis avi gesta modico voluminum numero ( imo vñica dissectione ] comprehendendisti? Imitabimur enim Pictorem illum, qui brevissima tabella Gigantem depingere coarctatus digitum tantummodo efformavit; unde Honorifici Theatri Iesuitici magnitudinem, quam immensum laudum volumen non capit, angustis periodis demonstratur aliquos præclarissimè huiusc Religionis radios rudi nostro delineabimus penicillo; hoc lemmate illustratos. Digitus Dei hic est. Exod. 8.

Sed iam prima auspicia. & Sanctissimæ Societatis aggrediamur primordia. O quam gloriosa! Erexit eam in Religionem, & simul laudavit feliciss recordat. Paulus V. in Bulla Regimini anno 1545. In hæc verba.

Ibi: Nuper siquidem accepimus, quod dilecti filij Ignatii de Loyola, & Petrus Faber, & Jacobus Laynez, & nonnus Claudius Fajus: Paschalis Broet, ac Franciscus Xavierius, nec-

non Alphonsus Salmeron, & Simon Roderius, ac Ioannes Ciduri, & Nicolaus de Bobadilla :: in artibus Magistri in Universitate Parisiensi graduati; & in Theologicis studijs per plures annos exercitati. Spiritu sancto, ut sic creditur, afflatis iam dudum ex diversis mundi Regionibus descendentes in unum convenerant, & socij effecti abdicatis huins saeculi illecebris, eorum vita perpetuo Domini N. Iesu Christi, atque nostro, & aliorum Successorum nostrorum Romanorum Pontificum servitio dedicarunt, & iam pluribus annis laudabilitet in vinea D. se exercuerunt, Verbum Dei, pravia sufficienti licentia, publice predicando fidèles privatum ad bene, beateque vivendum, exhortando, & ad pias meditationes excitando, Hospitalibus inseruendo, pueros, & personas rudes ea, qua ad Christianam hominis institutionem sunt necessaria, docendo, ac decumum omnia charitatis officia, & qua ad animarum consolationem fuerunt; ubique terrarum, ubi peregrinati sunt, multa cum laude obenndo.

Plantavit igitur Paulus Societatem: rigavit prolixus Iesuitatum sudor, & sanguis: Deus autem inermentum dedit; quod ipse conspiciens in Bulla. Cum inter cunctas anno 1545. ita profatur. Attendentes ad uberes fructus, quos in Domo Domini habetens produxisti, & producere non desinitis vestra Religione, integritate, scientia, doctrina, moribus, & experientia.

Quæ Pontificia verba, quasi mutuans, Illustrissime Domine, Angelici Doctoris vestigijs insistens §. 1. Catholica Querimonia, n. 2. Et ea contrahens adversus Iesuitum adversarios, ita inquis: Ipsi enim a quo animo cernere nequeunt; nec nisi agerrimis oculis iustos tot sacros fructus, quos Societas Iesu in horrea Domini congregat, quam animo in Hereticos, quam fortiter insurgat, quam feliciter eos debellet.

Sed quia maxima ornamenta Matri liberosesse dixit Valerius Maximus lib. 4. cap 4. de paupertate laudata illam extollens Matronam, quæ alteri monilibus iucundæ filios suos ostendit, proferens. Et hac ornamenta mea sunt. Socie-

cieratis ornamenti in medio producamus. Quod melius personis, quam verbis representabitur (d. xii. Vetus ibidem) Itaque laudes viros glorioseos (Filios Societatis Iesu) homines virtute, & prudentia pruditos :: in virtute pulchri et dinis studium habentes. Omnes isti, in generationibus suis, Gestis sue (id est totius populi Christiani) gloriam adepti sunt & in diebus suis habentur in laudibus. Ecclesi 44.

It erum vero premanibus Valerium habentes lib. 4. cap. 1. n. 11. & assumpti latitudine gravamur, & sua levamus exultatione. Sento, ait, quos cives, quam angusto ambitu orationis amplectar: sed cum magna, & multa brevitate dicenda sunt de claritate, excellentibus viris, sermo infinitis Personis citerum confusus, utrumque prastare non potest. Itaque propositi quoque nostri ratio, non laudanda sibi omnia, sed recordanda summis. Quapropter bona cum venia duo Metelli Macedonius, & Numidicus. (Sed nos dicamus Divus Ignatius, & Divus Xavierius.) maxima Patria ornamenta, strictim se narrant patiantur.

Prius ergo Societatis ornamentum in Theatro Iesuitico irradiat. ille ad maiorem Gloriam Dei natus Divus Ignatius de Loyola. Vix Societas 16. annum suę Apostolicę erectionis attigerat, cum Beati nomine insignitus est anno videlicet 1609. Et anno 1621. à Greg. XV. Cathalogo Sanctorum adscriptus, ut patet ex Bulla Canonizationis anno 1623. quam Urbanus VIII indulgens, non modo adorandum Patriarcham proponit, sed etiam Societatem Iesu gloriosem reddit.

Ibi: Ineffabilis Dei Bonitas, & misericordia, que miris consilio, suis quoque temporibus apte disponit :: novissimis temporibus cum Lutherus monstrum eterrimum aliasque detestabilem pestes blasphemis eorum linguis in Septentrionibus, corrupti & depravare, ac Sedis Apostolica detrahere conaretur, excitar vir spiritum Ignatij Loyola, qui ex medio honorum concursus, & a seculari, & terrena militia, admirabili quadam ratione vocans, ita se Diviuo Imperio regendum, & formandum tradidit.

dit, ut demum nova Societatis Iesu, que inter alia pietatis & charitatis opera gentibus convertendis, hereticeis ad fidem veritatem revocantis, & Romani Pontificis potestati suenda ex inservito se totam impendat, Religione fundata. Vitam admirabiliter sanctitate traductam sanctissimo pariter concluserit existens, ac plurimis sit miraculis illustratus.

Consonant his elogia, quibus in limine Catholicae Querimonia, & sub Tua sinu recipis, & prosequeris Societatem.

Exaltat pariter Societatem Iesu Apollolatus, dignitas quæ in Sancto Franciso Xaverio resplenduit. Indianorum Apostolus unanimi totius orbis consensu denominatur ab Urbano VIII. in Bulla Canonizationis anno 1623. Quem Deus (prosequitur Pontifex) adeo magnificaverat, ut nomen eius honorabile esset apud omnes gentes.

Illustravit Societatem Jacobus Laynez omnium iudicio, & consensu Theologorum Princeps: Oraculum Spiritus Sancti: Arca utriusque Theologia predicatur ut latè Alegambe in Bibliotheca. Vbi etiam quod Sanctam Cardinalitatem Dignitatem, ei à Paulo IV. P. M. oblatam repudiavit. Illo verb Pontifice mortuo, ac Sede Apostolica vacante 12. Cardinales ex universo illo Saero Collegio letissimi in ipsam extra Conclave Roma agentem suffragia consulerunt, quo Pontifex Maximus fuere.

Adstitit Concilio Tridentino ter missus tanquam Sedis Apostolicæ Theologus à Paulo III. Iulio III Pio IV.

Devicit in publico totius Regni Conventu in Galliam missas à Pio IV. Theodorum Bezan, & Petrum Martorem, aliosque nefarios hereticorum Antesignanos, quæ & plura eiusque scripta refert Alegambe; in Bibliotheca. Vbi plurima eius recenset scripta.

Militavit strenuissime in Ecclesia Catholica Alphonsus Salmeron. Hereticorum perpetuus Hostis, quos disputationibus, lectionibus, ac scriptis semper exagitavit, ac frexit: Catholicae Fidei ubique propugnator acerrimus :: In Hibernia Nunquam Apo-

Apostolicō manere functus. Synodo Tridentinae sub Paulo III.  
sub Iulio III. ac sub Pio IV. Sedis Apostolicae nomine interfuit.  
Plurimis scriptis per 16. Tomos, & ultra Ecclesiam Catho-  
licam aduersus Hæreticos armavit ibidem enarratis per  
Alegambe.

Nicolaus de Bobadilla; pro Ecclesia bellis dimicandis, nu-  
llas non persecutio[n]es passus; sed adeo infessus, ut modo hanc  
modo illam curaturus Ecclesia partem, nunquam eodem loco con-  
sistens, sed tanquam verus Apostolus, ut de eo Vienaensis scrip-  
sis Antistes cuncta pererrans.

Vindex exitit in Hæreticorum errores. Nam Com-  
missarij nomine ab octodoce Fidei Iudicibus destinatur, ut  
cunctos Hereticorum, Iudeorumque libros collectos infami concre-  
maret incendio. Scripsit plurima pro Fide Catholica. Ale-  
gambe.

Claudius Jaius; Vir placidissimus morum, & qui doctrinam  
eum pietate perpetuo coniunxit. Hic, si quispiam alias in hac  
Schola sanctitatis opinionem apud summos medios, infirmos sibi  
comparavit, cunctis aque charus, & salutaris. Eius species;  
& indelebilis memoria relucet in libro, quem edidit Specie-  
lum Praesidis ex Sacra Scriptura, & D.Thom.verb.

Sed quid totam deceadem percurram? Memorent Ro-  
mani Decemviratum illum Supremorum Magistratum  
Collegium, quorum studio Legum duodecim Tabularum  
editio debita est, textus in l. unica, de origine iur. §.16. Ale-  
xander ab Alexandro in Genial. Dier. lib.3. cap.16. Vbi Ti-  
raquell. cum Tito Libio.

Satis est nostris Decemviris, ea Sedis Apostolice com-  
mendatio, qua eos prosequitur, ut potest legis Evangelicæ  
Spiritu Sancto afflatos celantissimos annuntiatores.

Satis, superque eorum memoria laudabiliter perenna-  
bit, ex eo quod sibi Divus Ignatius in socios evocaverit,  
nam si equalis credendus est, quem iustus elegerit, si temperan-  
tia prædictus, quem moderatus ascivit: omnium profecto capax  
est

est meritorum, qui Iudicem cunctarum meruit habere virtutum,  
dicebat Casiodorus lib. 1. variar. epist. 3.

Hęcce Ecclesię Sacratissima Decima, & Societatis  
primitię indefessibili moriendi statuto terra commissę  
ó quam multiplici fœnore fructus reddidit, reliquit enim  
hęc dies sœcundissimas segetes, suarum virtutum successo-  
res. Cum semine eorum permanent bona, hereditas sancta ne-  
poses eorum. Eccles. 44. 13.

Hæreditas Sancta, Beatus Aloysius Gonzaga ex serenis-  
simā Mantua Ducum, Prosapia Marchionis Castillionen-  
sis Principis Filius Primogenitus, iure puritatis Evangelice  
nomen ANGELICI asscutus. Multis miraculis clarus à  
Paulo V. inter superos relatus. Die 31 Martij 1618. Man-  
tua eum veneratur Protectorem. Illustravit Ecclesiam li-  
bris Meditationum, & concionum. De eo laté Virgilius Se-  
parius.

Beatus Stanislaus Koka Polonię glorioſſimum decus, de  
quo Clemens. X. in exordio Bullæ super eius officio. Dat.  
Romæ 13. Novemb. 1670. In Apostolice (ait.) Qui electos,  
suos devotione supra etatem, & virtute supra naturam instruit.  
Veté hæreditas sancta.

Huiusmodi nomenclaturam integre adimplens inter  
primos recenseatur Sanctus Franciscus de Borja Gandiæ Dux,  
qui in scriptis suis plurima reliquit Sancitatis suę monumēta  
Magnus in se. Maior extra se. Maximus super se. Nā Magnus  
in seculo. Maior in Religione abnegans seculum, & se-  
metipsum. Maximus, super Religiosum dum semel, &  
iterum, & tertio, Cardinalitię Purpuram non admisit.

Intulit primus hanę amplissimam Dignitatem in Socie-  
tatem Iesu Eminentissimus Dominus P. Franciscus Toletus,  
Cordubensis Vibis fulgentissimum decus, quę à Divo Bor-  
gia in Romam missum, ita Ecclesię Universali proficuum  
hoc lumen respexit Clement. VIII. vt eum in huiusmodi  
altiore candelabro etiam levitum, & reluctantem colloca-  
vit. Exempli (a p. Iau. Navarro) Sacra Pagina Doctorem,  
&

& accerrimum Gymnastam, Ecclesiastem cum primis Urbis, & Orbis suscipiendum, Societatis Iesu singulare ornatum. A Sancto Pio V. accessitus ad munus sui concionatoris, quod apud eum, eiusque successores, per 24. annos mirabiliter exercuit. Singularibus elogij commendatur per Ferdinandum Vghellum. Victoriellem R. ebdm. Navarro, Cardinalem de Joyola. Sixium V. G. egor. IX. Scriptis 19. tomos. Latius Alegambe.

Eminentissimus Cardinalis Dominus Pater Robertus Bellarminius Marcelli II. Pontificis Maximi Sotoris Cinthii filius, quem Clemens VIII. in Cardinalem elegit hoc elogio: *Hunc eligimus, qui non habet parem in Ecclesia, & quia est nepos optimi, & Sanctissimi Pontificis.*

Subcribunt eius laudibus Eminentissimus Cardinalis Barberinus, postea Urbanus VIII de eo tunc superstite dicens: *A se extimari Sanctum, non secus atque, alios, qui antiquitatibus etiam aliquanta commendatione publicam habent veneratorem. Cardinalis à Monte Deum, aiebat eum commodasse usibus Ecclesie. De eo: Exemplar hoc perfectissimum voluisse, ut sacerdotatus, ac sacrum nostrum ab illo, ut à S. Carolo illustratus. Exemplar suorum temporum, quem non honoraret, ut Cardinalem sed adoraret ut Sanctum. Dixit Cardinalis Estensis. Alter Augustinus dictus à Cardin. Verallo, & similiter à Cardinali. Vbaldino; & assimilatus Iosepho, Davidi, Tobia, Divo Gregorio, Divo Paulo Ioanni Baptista: à Cardinali Vilino. O quo de eo paginas complete possemus: id sufficiat, quod quasi per epilogum scribit Aleganibe: Spiritus Sancti amarus, validus Ecclesia Dei colosus, Pissimus Fidei Athleta, & hereticorum hostis acerrimus; novus Antonius in sublevandis pauperibus, vita perfectissima, Basilius in confutandis hereticis strenuus à Divina providentia destinatus. Scriptis 19 tomos: Fuisus Alegantibus.*

Eminentissimus Dominus P. Alexander Ursinus, & humilitatis, & natalium splendore pariter Eminentissime Nobilissima Romanos inter Principes Familia Filius Ducis Bracciani ad Citt-

Cardinalatus fastigium elevatus à Paulo V. anno 1615. Societati Jesuiticæ nomen dedit anno 1621. post obitum Eminentissimi Cardinalis Bellarmini sancto quodam astro incitatus scripsit aliqua tanto viro digna.

Eminentissimus Dominus P. Petrus Parmany, Archiepiscopus Strigoniensis Hungariæ Primas, natione Hungarus gente Transilvanus, Patria Varadensis, vetera nobilitate, & præclarissima genitus: In Apostolico Missione munere eximius: labantem per Hungariam ortodoxæ Religionis integritatem reparavit. Magnates reduxit: Clerum reformavit. Collapsa templo reparavit; plurima instituit. Ab Urbano VIII. dignitate Cardinalitia donatus est anno 1619. Legatus ad eundem Pontificem à Ferdinando Cœsar II. missus: hæc, & alia apud Alegambe ubi etia 20. tomos ab eo scriptos recenset.

Eminentissimus, & Sererissimus Dominus P. Joannes Casimirus, Poloniæ Princeps, Filius Sigismundi III. qui ex Societate ad Purpuram Cardinalatus; ex Purpura ad sceptrum ascendit, ubi Iesu Militavit gloriose Religiolis virtutibus, & triumphavit adversus Hæreticos, & Barbaros.

Eminentissimus Dominus P. Joannes de Lugo. Natione Hispanus, Hispalensis Patria, sed fatus Martini; praestantis ingenij, & doctrinæ, qua Romanum Collegium omnibus proponendum appis 20. publice Theologian docendo exordiavit. Quem Romani P. P. Cardinales, & Reges, & totus Orbis consuluit. Scripsit 7. tomos. Alegambe. Qui postquam & Hispaniæ Universitates, & Indicas, seu Luminare maius doctrinis illustravit in altissimo Cardinalatus culmine merito resplenduit.

Eminentissimus Dominus Sforza Palavicinus totius litteraturæ miraculum, excedentibus longe statem canis sapientie. Ab Alexandro VII. in Cardidalium supremum Collegium elevatus. Scripsit tomos 4. I. lutina de eo Alegambe.

Eminentissimus, & Excellentissimus Dñm: nūs Pater  
 Iohannes Bernardus Rihardus Augustinus Domini & Regine  
 Matri nostri Catholice Caroli. quæm Deo's & cœlum  
 servet, olim Magistri; postea Confessarij; a Consilio Sta-  
 tus Regis Catholici. Unus ex Dominis Magni Conven-  
 tus pro Gouvernante Hispaniam in minore ætate Re-  
 gis Domini nostri Supremus Inquisitionis Generalis Prae-  
 stol. Ad Romanum Pontificem Extraordinarius Ambasia-  
 tor pro Rege Catholico. A Clemente X. de num ad Car-  
 dinalitiam Dignitatem elevatus. Scripsit pro Concepcione.  
 Pater Franciscus Suarez, Granatensis. Vrbis immortalis  
 honor communis omnium Magister ubique appellatus. Doctor  
 extimus a Paulo V. de quo reletissima manu Alegambe  
 Scripsit 4 tomos.

Pater Franciscus Turrianus Dottissimus, & patiter Reli-  
 giosissimus laudatur a Cardin Baron in notis ad Martyr. Rom.  
 26. Janarij. Scripsit innumerabilia, ut apud Alegambe Extra-  
 distissimum Dolforim, Scriptorem diligentissimum, Illustrissime  
 Societatis Iesu insigne ornamentum. Eum laudat Navarrus  
 in propagnat. Apolog. de reddit. Eccles. n. 4. Fidei defensorem, &  
 propagnatorem accerrimum Joannes Cœselius in suis elo-  
 gijs part. 2.

Martinus Beccanus Natione Belga, Patria Barbantus  
 celeberrimus Divi Thomæ Interpres, ab Imperatore Ma-  
 thia, ad Viennensem Academiam illustrandam evocatus,  
 Ferdinandi II. Cœsaris Augusti a confessionibus Pro trilum-  
 phis adversus hæreticos reportatis hoc nomine ab omnibus  
 famigeratus scilicet, Calvinus Mastix: Calvinistarum malleus.  
 Vtilitati publicæ dedit plurima, que in 11. tomos redacta  
 sunt.

Theophilus Raynaudus Natione Gallus, quem Andruas  
 Saussatus cap. 20. apparat ad Martyrolog. vocat Praestan-  
 tissimum Theologum, nitore eloquij, & consummate cruditionis  
 copia plenum. Sapta 20. libris omni doctrina refertis posse-  
 titatem edocuit.

Jacobus Gretserus Natione Germanus: Patria Marck-dosfensis Fortissimus Athleta, ac vigilantissimus veritatis defensor: magnus Lutheranorum dominator, ac malleus hereticorum. & calumniorum Societatis terror, cuius laus ingens est in Ecclesia Dei. Ita apud Spondanum in annal. prafat. ad lectio- & anno 774. n 3. Eudemontanus confutat Anticolonii. cap. I. & alios. Difficile est valde computare pene innumera opera quibus omnes scientias illustravit.

Jacobus Granadus Patria Gaditanus. Prophetix, scientiae infuse opione, & queque sanctitatis per illustris. Miracula per eius invocationem patrata, & piorum hominum de ipsis revelationes vulgatæ sunt. In tomis 8. doctrina sua relucet. Corpus eius afferatur Granatæ. Alegambe.

P. Thomas Sanchez; qui etiam sanctitatis opinione requievit. Granatæ, Regalis illius Chancellariæ Oraculum; immo omnium Regnorum. Scriptor Gravissimus, eruditissimus, illusterrissimus, Moralium Scriptorem Princeps splendidissimum Theologum Moralis lumen passi non à Scriptoribus appellatus; Observatus ab omnibus Tribunalibus. Per Clementem VIII. in questionibus matrimonialibus omnibus UD. antepositus. Sed plurima eius opera testantur.

P. Ioannes Azors Lotiæ Vrbis decus ex suis in scriptuori-bus moralibus celeberrimus, quibus omnigena litteratum supellestili secula adornavit.

P. Georgius Hemelman, Malacitanus Civitatis Gloria, cuius sepulchro Granatense Collegium plumbi lamina hocce insculpsit epitaphium: Condidit hic tumulus venerandum iu Christo P. Georgium Hemelman, Malacitanum: stirpe Nobilem Morum omni probitate, & litteratura Magnum: dieendi gratia Demosthenem; Poesi Maronem: Philosophia Aristotelem: Theologia Augustinum. Is ingenij acumine, & profundiore indagine eam illustravit, promovit sapientissimis in Sanctum Thomam commentarijs, &c. Nulli pene Granatenus Societas tam diffusa, quam iusta solvit parentalia.

P. Carolus Scribanus Natione Belga; Bruxellæ honor.

De quo D<sup>r</sup> Albertus Miteus aiebat: *Vix singulis scula singulis sorte scribanis.* A Valerio Andrea vocatur: *Haretiorum Antagonista: Calviniarum terror.* Maximilium eum fecit Urbanus VIII. quod, & litteris ad eum datis, & faciliis donatijs missis copissime testatus est. Ferdinandus II. Imperator Augustus litteris benevolentia plenissimis eum honoravit, cui etiam fuerat ad confessiones propositus, nisi tractare annis vires obstitissent. Rex noster Catholicus Philippus IV. per Comitem Olivarium, iunc Privatum, & Primum Ministrum indicari iussit, duo sibi cum cetera placerent omnia in Scribanio diligere; unum, quod eius sapientia in tanto locorum intervallo assiduè frui non posset, alterum, quod liber *Politico-Christianus* sibi dicatus, quem optasset levare veluti privatum sibi Consiliarium, publicè legeretur orbe universo. Henricus IV. Galliarum Rex ob nominis famam, & vota pro se concepta in Amplitheatris Honoris, eum calumniatores librum illum flammis expiandum ergerent, diplomate Regio ad eum misso laudavit, & civem illum Gallicum cum solitis privilegijs inscripsit. Hæc, & alia plurima, quæ non capit hæc oratio apud Alegambe.

in dñi preter Ludovicus Molina, Patria Conchensis, de quo Silvester Maurolycus lib. 5. oceani Relig. ait: *Ipse vero Molina in Theologia Morali, tante est authoritatis, tantaque estimationis in Tribunalibus, & apud Iuristas, ut sine ullo admittendo, aut copia aliorum Authorum ad ferat lumen veritatis, decisum causis, terminum litigij.* Et Beyerinck. in *opere Chionologico* ad Al. 1599. Tit. *Viri illustres ita Multipli-ee rerum scientia præcellens etiam doctissimos sua etatis, eam Theologia partem: quam maioribus difficultatus scopolis exposuit: in longo usu didicerat, elegantioris doctrina lumine penitus illustravit.*

Eadem protius adaptari possent Hispalensi illi fulgentissimo Svedi Patri Joanni de Cardenas cuius luces postklamas, suoqe auctore Orphanas, nempe *Crisis Theologica super*

Super 65 propositionibus damnatis à SS. Innocentio XI. Tali  
Societas dicavit, & dum egregia tua facinora, & perniciem  
virtutum splendorem recensuit, Solem Te ad vivum ex-  
pressit, ut Solis instar operi illi, ut potè astro lucem fænerares,  
eiusque orphanitati consuleres, per affinitatem inter Do-  
minicanam & Jesuiticam Familiam, iuxta illam legem Cha-  
ronde, de qua Diodor. lib. 12. Bibl. ubi Orphanos educandi  
curam traxi maternis affinibus, statuebatur.

P. Gabriel Vazquez, unus pro mille : Theologorum facile  
Princeps, ita extollitur à Basil. Pone. lib. 4 de matr. cap. 1. n.  
9. & lib. 5. cap. 7. n. 6. Diana vero Resol. Moral. 1. p. tract. 3.  
resol. 3. & p. 3. tract. 5. resol. 29. post plurimos laudatos de  
hoc ait: n pud se esse instar omnium.

P Cornelius à Lapide, quem Tu (Domine Illustrissime) extollis in Proclamatione Catholica ad Principes Christianos. Super sacro fædere contra Ottomanum Imperium, quam San-  
ctissimo Innocentio XI. sacrasti, editam anno 1684 ubi quasi prophetasti tot partas victorias, & Turcarum eversiones, quot in dies Imperialia vexilla prosperantur.

Id in maximam Virginij Rifi gloriam, & felicitatem duxit Plinius lib. 2. epistol. 1. ut laudatorem habuisset præclarissimum. Laudans est à Consule Cornelio Tacito : hic su-  
perius felicitatis eius cumulo accessit laudator eloquentissimus. Contigit vice versa eloquentissimo [Cornelio] Jesuitico. laudator sapientissimus, & Illustrissimus Præulus; quid felicius?

Cornelius à Lapide (ais n. 3. in dicta Proclamat.) Belga natione singularium virtutum vir, nam ex quo illi rati mis ujus illuxit, incrementum sumpsit, ex Societatis Iesu (eius Religio-  
nis alumnus fuit) educatione, qua ita provide virtutes nutrit,  
& promovet, non solum privato consulens Religiosorum bono;  
sed universaliter fideliā, ad quoram preventum dirigitur suum Sacrum Institutum.

Et latè prosequeris, & Societatem amplissimis h[ab]itac-  
ibus exstantem natus est enim tuus erga Jesuitas. met 200

ex tempore Catholica Querimonie ; sed Bon tui tuę conge-  
nitus; quę ex adversariorum procella ad tacitam erga Socie-  
tatem Serenissimam Beneficentiam excitata est. *Ac si-*  
*aut maris [ dixit Plinius in Panegyr. ad Trajanum ] celi*  
*que temperiem, turbines , tempestatesque commendant , ita ab*  
*augendam pacis tuae gratiam, illū tumultum praecepsisse credide-*  
*rim. Habet has vices conditio mortalium, ut adversa ex secun-*  
*dis; ex adversis secunda nascantur. Taceam vero , nedum*  
*pro Societate grates referre teneor; ingratus videar , prou-*  
*satis , aut parum dixero ; ut eloquebatur idem Panegy-  
rista.*

P. Petrus Canisius, *Vir doctissimus, & omnibus pietatis ar-*  
*ribas instructissimus , strenuus Ecclesiae Dei contra infernotum*  
*portas propugnator. Ita apud Stanislaum Resculum in vita*  
*Cardin. Hosij lib. 1. cap. 20. Venerandus Vir , cuius lans est in*  
*Evangelio per omnes Ecclesiias. Ita apud Cardinal. Baron*  
*A. C. 9. Pr̄ter innumera huius speciei elogia , quę ex*  
*probatissimis Authoribus cumulat Alegambe in Bibliotheca*  
*quibus addendus Petrus Opmero Amsterodami natus, Cr̄*  
*tholicus Romanus , qui in sua Chronologia anno 1556. Iḡ*  
*natus de Loyola; hęc de Patre Canisio scribit. Ibi : Plures*  
*Germanos à Lutheri dogmate sermonē auertisse , quam Carolus*  
*V. gladio.*

Non inferioris animi encomium de Reverendissimo  
P. Thyrso Gonzalez, nunc pro meritis ita de iure efflagitanti-  
bus Societatis Jesu Religionis Dignissimo Praeposito Gene-  
rali pr̄dicare possemus ; si in hac civitate Malacitana  
permansisset , sed oportuit alijs etiam evangelizare. Eum  
merito recensendum duximus inter Sacros Heroes: Nefas  
enim esset, si in illud incurseremus , quod lepide nota  
Martialis.

lib 5. ep. 1. *Esse quid hoc dicam, vivis, quod fama negatur?*  
Ad quod responsio congruit, quam cecinit Ovidius.

3. de Pont. *Pascitur in vivis livor, post sata quiescit*  
*Tunc suus ex merito quemque tuerur honestus.*

Nos ergo, ut livore infectos Societas hirsiles torqueamus, vnum pro innuetis superstitibus Doctoribus Reve-  
rendissimis num Generalem decantemus. Neque enim aiebat  
Plinius lib. 1. Epist. 16. debet operibus eius obesse,  
quot vivit. An si inter eos, quos nunquam vidi nisi, flo-  
ruisset, non solum libtos eius, verumeriam imagines conquire-  
remus: eiusdem non honor praesentis, & gratia quasi saeculare  
langueceret? At hoc pravum, malignumque est, non admirari  
hominem admiratione dignissimum, quia videre, a loqui, audire  
completum, nec laudare tantum, verum etiam amare contingit.

Omitto [quia de ijs plena testabitur Salmantina Academia] scripta, Cathedram, & doctrinam, qua multos evenit. Transeam ad ea, quæ te habent Testem Illustrissimum quandoquidem iste Reverendiss. Pater, ex vigilantissima, qua gregi tibi à Domino commissæ consulis solicitudine, à Te accersitus anno 1669. vt Apostolicam exerceret Missionem spiritus Sancti igne calescens, & sacra, qua pollet eloquentia, Divinus veluti Amphion, corda etiam saxe demulxit, & in verbis suis monstra platavit: monstra: nam ut aiebat Hieronymus ad Marcellam, tot habemus Personarum similitudines, quot pessata.

Extirpavit omnino consuetudines illicitas: intulit Dei amorem, & timorem; charitatem ita succedit, vt omnia dissidentium, & inimicorum ferrea corda liqueficerent & palam in Ecclesijs à se mutuo amaris, & Christiani fœderis humilibus signis vniarentur. Mirandum tamen sed ecce mirabilius; etiam Maurorum barbaries, Reverendissimi Patris ignito eloquio cessit, & servi dilexerunt illud.

Pium quidem quantum singulare spectaculum! Omnis Mahometicæ sectæ à suis Dominis in scenicum amphitheatrum certis statutis diebus cogi disposuit, vt eis panem Fidei Catholicæ frangeret, conveainans quoque ingenti concursu, spectatum admissi, & nullus pene infide ium remansit, qui non ad Fidem nostram converteretur. Primo

mos ex conversis 50. numerum attingentes tu ipse lustris-  
lis aquae Sacramento tinxisti ad fores Ecclesie Cathedralis  
in magnifico Theatro ad id composito, ut huiusmodi triu-  
pho non impar esset celebritatis decus, & Maiestas. Sub-  
egisset ergo Reverendissimus Pater Christi iugo, si incep-  
tis posset non supersedere, plures Mahometicos, quam Reg-  
nis Iuis Catholicus Ferdinandus eas subiugavit. At Ca-  
tholicos Missionarios apprimè premonivit, librum enim  
edidit pro convertendis Mahometicis. Doctor quidem potens  
opere, & sermone.

Sed quo vadimus? stellarum nomine insignivit Do-  
ctores, & Magistros sacer textus. Dan. 12. vers. 3. *Qui au-  
tem docti fuerunt fulgebant, quasi splendor firmamenti: & qui  
ad infinitam erudiunt multos, quasi stella in perpetuas aeterni-  
tates*, ex quo eandem sententiam haec Rym. Pontifex  
in cap. de Doctoribus. Ergo stellæ clarissimæ folgerent in fir-  
mamento Ecclesiæ Doctores Societatis Jesu. Sed quot?  
Mille? Parum Bis centum mille? Plus forsitan. Numeret  
ergo eos, qui numeras multitudinem stellarum, & omnibus ejus  
nomina vocat.

Quid ultra? Stelle non eundem observant cursum.  
stelle dicuntur pro eo, quod per diversos, Orbis Cœlestium  
Planetarum feruntur. Divus Isidor. origin. lib 3. de Astro-  
mia 9. de cursu stellarum. Non aliter Jesuitici Doctores, di-  
versos, & omnigenæ litteraturæ cuius peregerunt scientias  
omnes, & litteratum omnium spheras percurrentes in com-  
mentarijs ad sacram Scripturam: in Theologia Scolastica:  
Parensitica, Cathetica, Polemica, Ascetica, Mystica, Exem-  
plari, Positiva. In illustrationibus ad ius Canonicum, ad  
Concilia, & Patrum commentaria. Alij Historiam excer-  
narent Ecclesiasticam, Prophanam, Chronologiam; aliij in  
Mathematicis, Oratorijs, Poeticis elucubrationibus insuda-  
runt: aliij Peregrinaræ linguae Nationum omnium Scripto-  
res, & Interpretes. Quid nra? Nil intentatum nostri liquere  
Parvites. Nam etiam Grammatices omnium linguarum  
scrip-

scripserunt Preceptiones, Philologia, & Critica alijs:  
& eruditissimas etiam prophenorū Authorum illustra-  
tiones.

Stellas istas dedit nobis Beneficentia Divina in po-  
sestatem noctis; in potestatem inquam, & exilium ignoran-  
tiae, quæ tenebrarum more mentibus insiderit, donec do-  
ctrinæ cedunt; ut alias eceinint Boc.

De consol. Tunc me discussa liquerunt nocte tenebra,  
Metro. 3. Luminibusque prior rediit vigor.

Stellarum etiam instar resurgent quæcunque fac-  
curredissimum Societatis agrum sanguine irrigantes pro  
fide Catholica gloriosam mortem opeierunt. Et primo  
Incliti Martyres Paulus Mihi: Ioannes de Goto, & Did-  
eus Quizai: Qui I ve:ba sunt R. P. Urbani VIII. in Bulla  
Salvatoris. anno 1627.) pro Christi nomine in oppido civitate,  
nuncapato Nangassa qui extramutos in Regno Iaponia crucif-  
xi, & transverbaterunt fuerunt. Sed suaviori calame de hu-  
iusmodi stellis loquentem audiamus Maurolicum lib. 5 de  
Occano Religion.

Ibi: Quid de ȳs dicam, qui pro Fidei Christianæ defen-  
ſione, sanaque doctrina, sanguinem large perfuderunt, tinxe-  
runt oceanum littora, camposque rigaruntque patibula, & tri-  
bunalia maledicenterunt contentis tortoribus; la- . . is, atque ipso  
Tartaro, etiam fulgent in cœlo pro rutilis adamantibus. & velut  
stella resplendent.

Stelle cuim sit, fortissimos istos fidei nostræ Athletas op-  
timi iure etiam numero sub i non posse diceremus; sed  
(huiusmodi numerali impossibilitate Cœli Stellaris reservata  
& si earum nomina, & numerum se cognovisse iactavit  
delirus quidam Philosophus Aratus; quem irritat Divus  
Augustinus de civit. Dei, cap 24. Abuleris in Genesim. cap.  
15 & Deuterion. cap. 1.) numeravit stellas Jesuiticas, tum  
Doctores, & scripta; tum pro Christo passos, eorumque  
ericiatus, post alios Philippus Alegambe Societatis Jesu  
Religiousissimus vir in libro Bibliotheca Scriptorum Societatis

Iesu, cuius testimonium auctoritate domesticum vacillare non potest; nam et ultra quod de hac re dicere possemus, quod Cornelius Tacitus in vita Agricola de ijs, qui nedium suorum, sed sua facta historiae tradidet, ibi: *Ac plerique suam ipsi vitam narrare fiduciam patens monum arbitrii sunt.* Nec id Rutilio, & Scantio circa fidem obrectationis fuit. Ad virtutes ijsdem temporibus optime astimantur, quibus facile gignuntur. Concurrit quod commendatur à Barbosa Apostolico Decis. Collectan. 169. n. 1. Et præterea examinatus est liber ante editionem Romæ in speciali Congregatione ad id ab Urbano VIII. deputata per continuum octo mensium curriculum; ut annotatur in fronte libri.

Scimus stellas quoque denominatos Reverendissimos & Doctissimos Patres Dominicanii Ordinis, à Sapientissimo quodam Jesuitico Vate in hoc epigrammate.

Gratian. ( *Dominici Sacer Ordo tolis aquandus olimpi in arte.* ) *Lumine sydereas prateris ille faces.*

Ingenior. ( *Namque tot Empiræ non flagrant vertice flammæ*  
Dilec. 44. ( *Quot Polus iste virum flamma corda gerit.* &

Esto Cœlum, & Stellæ uterque præclarissimus Ordo & in hoc etiam, esto rūnum; sed peculiari quadam stellarum, & munus, & nomen Jesuitas adquare nemo ambiget, nam ut scribit Abulensis 4. Regum cap. 17. quæste 7. vocatur militia cœli maledicta stellarum, quia stellæ morvensur per cœlum, sicut milites in exercitu, ad textum Sacrum, ibi: *Et adoraverunt universam militiam cœli.* Et Heuteron. 17. q. 7. ad textum. *Et omnem milijam cœli.* Militiam sacram esse Societatem Iesu, iam diximus alibi ex Gregor. XV. ergo peculiari jure stellarum nomen Jesuitis adaptare non est ambigendum.

Stellæ munus cuiam adimplevit erga Regias Personas, conscientias suas diligendo, ut sui privati Confessori jia apud Imperatores Germanos; Reges Christianissimos. Quod munus in Hispania nostra circa Regem nostrum Catholicum exercetur à Dominicano Reverendissimo Patre; erga Re-

Regiam verò à Reverendissimo Jesuita.

Sciimus etiam apud eosdem Patres conscientias suarum pluribus ab hinc annis deponere Lusitanæ, & Poloniæ Reges, Sabauidæ & Bavariæ Duces, Comitem Palatinum Rheni. Neque præter eundum fuit illustre facinus, quod annis proximè lapsis Romanæ Vibis plausu exceptum est, egregiam scilicet scœminam Christianam Jesuitâ Doctore, & Magistro P. Antonio Macedo, Patrio Suevorum Regno se abdicasse, ut libere Catholicam Fidem profiteretur.

. Et quis prosector nisi clarissimum sydus tantæ sufficiat sollicitudini? Regibus Orientalibus, ideo Deus dedit ducē stellam, quia quacumque manifestatio fieri debet per signa familiaria, ait Abulensis in Matthæum cap. 2. q. 7 & rursus: Quia Gentiles, & maximè Astrologi consueti sunt stellarum cursus inspicere :::: per cœlestis signum, scilicet stellam Nativitas Domini notificata est.

Signa sunt Iesuitæ, quorum rectissimos cursus Christiani Principes teniper contemplarunt, ergo merito eos Dukes in semitis spiritualibus insequuntur. Et inde Societas Olimpus hac relucet etiam, per filios suos exercita sublimi dignitate, quæ enim sublimior? Confessarius enim Regibus constituitur in Iudicem, Medicum, & unicum Consilium supremi Principis, qui tenetur, & potest maiore libertate Regem monere, & constringere ex parte Dei ad id, quod sibi expedierit, in ordinem ad bonum suum spirituale, & suorum Regnorum. Dixit Aegid. Gonçalez Davila in Theatro Matriti, lib. 3. pag. 326. sed magis stricte Bardaxi in fortis Aragoniarib. 1. de officio Chancellarij, fol. 74. ibi :

Principi fratum, & consilij sui.

Gaudent ergo vndeque, & vndeque stellarum honoribus; gaudent exemptionibus. Mucabunt igitur in firmamento Ecclesiæ Jesuitæ ab omni adversariorum imperio immunes: Stelle enim [notat Abulensis in Matthæum cap. 24. q. 16.] sunt quinta natura alieno à corruptione, & alteratione. Quod si invidiæ nubes earum lucem sequestrare atque

attentarunt, id ipsum eorum profuit amplitudinai, iuxta  
Cordubensis acumen, quæst. pat. lib. 1. cap. 6. sidera ampliora  
per nubes approposenti videntur.

## S. II.

## DE SOCIETATIS IESUITICÆ LAUDATORIBVS.

**S**E d' nunc de Societatis stellarum claritate. Claritas an-  
tēmis ista Bonorum h. orum secunda opinio est. Seneca epist. 102.  
Vbi Lipsius secunda opinio, id est, amica, & favens. Sed pro-  
sequatur Philotophus: Nam quomodo fama non est unius, nec  
infamia unius mala existimatio: sic nec claritas, uni bono pla-  
e: se. Consentire in hoc plures insignes; & præstantes virti  
debent, ut claritas sit.

Plurimos huiusmodi nomenclatores statim demonstra-  
biñus, & innumeros pené consulto omitere necesse erit.  
Reverendissimus P. F. Franci eus Romeu, Dominicani Or-  
dinis Magister Generalis, in epist. ad Ordinem, Capitulum  
Generale Valentiæ celebratum anno 1596. admonit, 4. Re-  
verendissimus eius Ordinis Generalis P. M. Fr. Dominicus  
Balanas eius Ordinois Boeticæ Provincialis in Apologia pro  
Societate Iesu: Venerabilis Vi Fr. Ludovicus de Granada  
in epist. relatis à P. Ribadeneira in Historia Societatis.

Florentinus Rotemundus le Origine Heresum lib. 5. cap.  
3. Rutilius Bracconio Episcopus Lauritanus, Tractat. de Fuga  
in veste, lib. 1. disp. 1. fol 16. lit. B. & tract. de Jubileo lib. 1. cap.  
8. Franciscus Zipeus de Magistratibus, lib. 3. cap. 2. n° 6.  
Stanislaus Rescius Spongia contra Poco nom. Brzovius de Roman.  
Pontifice cap 24. fol. 246. Coriolanus in Chronol. Eccles. in addit.  
ad Gregor. XV. fol. 453. Episcopus Lévinus Tertentius in epist.  
ad Academiam Lobanensem. Ludovicus Blotius in epist. ad  
Virgilium Zurichensem. Ferreolus Lécrius in Maria Augusta  
lib. 3 cap. 14. Barbola Apostol. car. decis. collectan. 169. Vbi na-  
innumerios recentes laudatores, & ipse laudat n. 25.

Franciscus Montanus Natione Gallus in Apologia Societatis contra Arnaldi Advocati Parisiensis Philippianum. Et eius Puteanus in Apologia pro Societate adversus Iacobum Casaubonum, sub titulo strictura. Payva in Andrade Theologus Concilio Tridentino pro Cardinali Rege Portugallie in Prefat. ad librum : Explicationes Orthodoxae. Et i. Apologia contra Komnicum, & Mohemum. Garibay Hispal. Hisp. lib. 14. tom. 2. cap. 4.

Prosper Farinac. de Hæresi in Prefact. Petrus Matthæus ad Constitut. Pontific. in Paulo III. §. 3. ad Bullam Institut. Societas Iesu. Et in Greg. XII. Const. 42 in fine. Solorzan. de Indiar. Gubernat. lib. 1. cap. 26 n. 67. lib. 3. cap. 16 n. 68. & n. 18. n. 9. & 10. Beyerlinch in Theatro vita humana, lits. C. cerbo, Catholismus. Antonius Faber in Codice, lib. 7. lit. 12. de maleficijs, diffinit. 2. in fine. Nicolini in cap. visibili Catholico, §. 4. n. 5. in Alexandro VII.

Non mihi si centum lingua sint, oraque centum.

Omnia Doctorum percurrere nomina possum

Sed iam forsitan quis interroget, quas in laudes erubuit tot, tamque per illustrium Virorum concentus. Elloquentur aliqui. Dicat prius Reverendissimus Dominicanus Generalis Romeus, ibi : Factum vobis, qualiter hoc calamitoso tempore, quo Religio Christiana Hereticorum telis impetratur, malorumque Christianorum perversis mortuis factatur, novus Ordo Presbyterorum Regularium sub titulo Nominis Iesu, de Urbe, quasi subsidiaria manus, nec hanc late missus est, quem ob ingentes fructus, quos lectionibus, & concionibus publicis, privatorum adhortationibus, confessionum abundantia, ceterisque sacris exercitijs, ac sanctorum munus exemplis, in Ecclesia facit, &c. Integra est apud Carden. s. R. Theologica in Dedicatoria celeberrima ad Te Illustrissime Dominum.

Subsequatur Ille toto terrarum orbe plausibilis Iurisperitus Farinacius, qui tractatum suum de Hæresi in prologio ad Euseb. D. D. Cardinales Inquisitores Generales et

a limpidissimo Societatis Iesu fonte, suisque, quos nominat,  
Doctoribus, imò Oraculis ebibisse facerunt, & sic affatur.

Ibi: Ab ipsis Theologorum Oraculis percipita cognitio erat.  
Horum tamen doctrina misifice recreatus sum, & labore levatus  
omni, postquam :: cœpi libros evolvere, tam vero maxime  
Benedicti Peterij, Ioan. Axorij, Francisci Sanchez, Thoma San-  
chez, Gregorij Valencia, Martini del Rio, Leonardi Lessij alio-  
rumque hominum, & quidem è Societate Iesu splendida illa lit-  
terarum Officina, scientissimorum. Qui tam calidè, copiosèque  
universas, que in hanc cadere solent, dissertationem, explanare  
runt, enodaruntque difficultates, ut si quid est, quod in hos lat-  
bore meo laud' m. commendationemque nominis mereatur aliqui,  
in ex eorum fontibus disertè, ut par est, atque simpliciter haussisse  
nec faciat. Num his tam doctis, & sapientibus Viris antepo-  
nere debueram, qui mihi præceteris ad hoc opus gravissimum, &  
obscurissimum perficiendum, propè cœlestem præculit, & ardeng-  
tissimam faciem: sed propter singularem doctrinam, & ob eam,  
quā obtinet summa proximam dignitatem, ab aliorum numero  
eximendus fuit, & commemorandus egregie. Sidus illud, ego lo-  
quer, Ecclesia clarissimum, & Hereticorum formido/ostissimum ful-  
men Robertum Bellarminum Cardinalem Illustrissimum, illum  
sagientium omnium, qui fuerunt unquam, aut praesentia sauto  
spectatissimum Coripheum, illum probatissimum, innocentissimum  
integerrimum virum. Cuius non modo scriptorum aculeis, sed  
commemoratione solum, ac sanctimonie fama perculse Christiana  
Religionis hostes, & Ecclesia perduelles sapè subsistunt admiran-  
bundi, sepe vincuntur, sepiissime revocantur in castra, & resi-  
piscunt.

Succedat Doctissimus Apostolicarum Bullarum Illu-  
strator Petrus Matthæus ad Bullam Pauli III. super Institu-  
tionis, ibi: His Sodalitatis præclarissima trophya domini for-  
risque parta, restantur nostri temporibus omnes pene historion  
graphi. Et infra: Si quid reparare pietatis, & discipline  
Ecclesiastice habeant, Germani, Galli, & Anglii, id prefecte,  
delent piissimis patribus Societatis Iesu. Illis grates referat. Int  
dias

79

dia, quod tenebris sepulta tuba sydereum Evang. in conspexit.  
Quibus vero, ac quantis rerum discriminibus perfunctu-  
satis intelligit, qui novi orbis historias legere dignantur. Hac  
iusti voluminis magnitudinem desiderant.

Et rursus in Gregor. XIII. ad Constitut. 41. in fine, ibi:  
Quantum commodi, & utilitatis Reipublice Christianae addu-  
xerint Societatis Iesu Patres, in erudienda inventu ex cuius  
educatione, ut messis spes in semente posita est, reliqua vita spe-  
ctatio dependet. Quamobrem ubique tam praelata illis structa  
sunt Gymnasia, qua profecto vera sunt pietatis, religiosis, &  
doctrina asyla, ad quae furentibus heresis, & ignorantia mon-  
stris confugiant omnes. Et enumerat eirciter ducenta Col-  
legia per omnia Regna erecta usque ad annum 1588. O  
quam feliciter a quadragesimo quinto anno erectionis sue  
amplificata! Quantum vero postea? facilius quispiam du-  
cet, quas orbis partes non incolant, recensere, quam ubi  
gentium immortentur enarrare.

Et rursus. Constit. 42. in fine, ibi: Multum potestis his,  
qui multum profundit iura enim humana, tum Divina volunt. Quia  
utilitas suborta sit Ecclesia ex venerando Nominis Iesu sodali-  
tio, testantur tot praelata monumenta pietatis, & eruditio-  
nis, per orbem erecta: tot insignia Archigymnasia, quae superius enu-  
meravimus, in quibus, & moribus, & doctrina hominum consul-  
litur, ut nulla Regia eorum laboris inscriba sit. Taceo populos Bar-  
baros in India Occidentali, Brasilia Regione, & Novi Orbis  
Insulis ad veritatis lucem eorum opera eductos, infideles bapti-  
zatos, hereses Germania matore ex parte concussas. Et longe  
a nostro Orbe remotos Principes ad pedum oscula summorum Pon-  
tificis perductos, & innumerata illa vita discrimina in publicum  
commodum exanlata, que dignissimis hisce privilegiis pensare  
esse opera pretium Sedi Apostolica visum est. Hac omnia bre-  
vissima adeo verborum serie complecti nequeunt. De his con-  
scripta sunt integra commentaria.

Succedat ille Canonicorum Doctorum Doctor Bar-  
bos dicta Collectan. n. 23. ibi: In Hereticis, & Insidientibus ad

Catholicam Fidem reducendis, & maximè in remetiss. mis. Re-  
gionibus plurimū, & laudabiliter elaborarunt. Strenuissimi hu-  
sus Sancta Societatis milites.

Dicat nunc omnigenæ litteraturæ p[ro]fessus & illius The-  
saurus apud Gentes omnes sapientia cultas & copissime aper-  
tus Beccelinus. Ibi: Nostro saculo inter omnes Religionem  
alignam professos, sedulo, & miro cum fructu eruditio[ni] iu-  
ventutis incumbunt Religiosi sive Clerici Societatis Iesu, vel bo-  
num celeb[ra]ndi, quod hanc rem Ecclesia Dei utilissimam me-  
go & lo carent, & exacta methodo juventutis regimini accom-  
p[re]da exequantur, sic ut proprium curuadum munus videatur, &  
in quod omnes incurrunt. teneres puerorum animos Christiana  
disciplina formulis velut cum ipso lacte imbuere. Quo sit, ut ijs  
licet quibus Societas hec admissa est, videre liceat iuvenes mo-  
ribus, & pietate instructos, & de ijs etiam rebus, quas alibi  
adultiiores ignorant, differentes. Neque dmitaxat honestioribus  
hunc laborem impendunt, sed & pauperibus, qui arte, & manu  
victum querunt, aut impensis eleemosynarum, vel e publico alun-  
ctur, a fiduciā instructione diebus, quibus ab opere feriantur, ad-  
sunt, nec ab agrestium etiam pia directione, ubi ea per paro-  
chos negligitur, se substrahunt: quin exemplo Apostoli, omnib[us]  
omnia facti, omnium meribus, & disciplina se accommodent.  
Sic ut in sola Antwerpia habeas subinde XXX. numero, & plures,  
pro variitate locorum, qui in hac p[ro]iecte desudant.

Audiatur veriusque Hispaniae Illustrissimus Doctor,  
& testis oculatus Selvazno in cap. 26. ita: Hanc curam ede-  
cande, & instruenda adolescentie Patribus Societatis Iesu, cum  
primis committi debere eo, quod eorum institutum ad hoc valde  
ubique continxisse videamus. Qua de causa, & haec Indorum Col-  
legia eiusdem Lima, Cuzquis, & in alijs Urbibus Peruanis  
comissa sunt, & Ego semper reliqua committi debere iudicavi.

Et lib. 18. ibi: Religiosi Societatis Iesu à Clemen. VIII. fæ-  
ticias record. diploma imp: trarunt, ut sibi solis literet ad conver-  
tendas Iaponiorum Gentes acced: re, ex quo nullum fere aliud,  
quam Martyrij p[re]mium expetunt, & expectant. Quo privit  
les

legio plurimis annis vsi sunt, donec etiam ceteris Religionibus communicari debere per Sedem Apostolicam statutum est; ut ibidem scribit.

Nicolini Historiographus Ecclesiasticus prudenter tissimus. Secundo sui Pontificatus anno ( loquitur de Alessandro VII ) curavit de restituendis Patribus Societatis Iesu ad status Dominationis Venetiarn, quod breviter, & feliciter suis instantijs ab illa Potente Republica obtinuit. Cui per suum diploma Apostolicum secundos fructus percepturam in suis ditionibus pollicetur, per Religiosos adeo operarios; quia licet sint ex ultimis Ecclesia Religionibus, cui ornum dedit Nobilissimus Ignatius de Loyola, Illustris Hispanus, Nationes etiam exulta maximè eis encomium Evangelij denegabunt ( absit comparatio, ut odium vitemus ) Erunt novissimi primi, quandoquidem propter laborcm, quem in vinea Domini impendunt, aqualem merentar plausum, & primum, ac antiquiores, & observantes familiae, que tanto splendore, meritis, & gloria per sigcenturias antea Ecclesia inservierunt.

Fecit denique sententiam in Iurisprudentia, ut poterat Magister, & Jurisconsultorum Pater ubique in veneratione habitus Faber; qui postquam maximis laudibus evexit P. Martionum del Rio; sic prosequitur: Inter tot, tantosque Veteros Societatis Iesu Patres, quibus nihil atas nostra tulit, feret erga aut eruditissimus, aut Religiosus, nihil denique, nisi Christiana Reip. in tanta facili infelicitate utilius.

Sed quod omnia firmat; satis est Illustrissime Domine, Tua tota Catholica Querimonia, in qua Societas Iesu vindique, & vindique predicatorum exaltata; equidem ( verba Plinij mutuabo in epist. ad Traianum lib. 10. pag. mibi 292.) Existimo Tua providentia constitutum aliquid, & sanctum, per quod utilitatibus eorum in perpetuum consulatur. Num que sunt ab alijs instituta, brevia tamen, & insina sunt, nisi tua illis continent authoritas.

Nobilitati virtutem Societatis Iesu novus accreverit splendor ex tot Doctorum laudibus. Quedam actionum nu-

bilitas est dignum inueniri laude magnorum. Enodius dicit  
sed ex Tua Catholica Querimonia, te venerans Encomia-  
sten, non modo nobilitata, sed magnificata est Societas.  
Magnificatio est laudari a laudato viro. Vbi addit Seneca  
laude signo epist. 102. cui coniognat Maimentius in Panegyri  
Italiano. Vbi ait: Putant aliquid adiucere ad splendorem lau-  
dem suarum consulis nomen, & recte putant; adiucit enim lau-  
dem Dignitati, honor laudensis. Quis te laudatior? Quis  
melior? Quis honoratio? Exterè etiam Nationes, immo &  
Societatis adversarij contestantur; non enim Tuarum vir-  
tutum preconia intra tuæ Dioecesis limites concludun-  
tur, sed in extraneis Gentibus personarunt, ex qua ho-  
gularitate nullo adulatio[n]is fuso laudes Tuas ostendi pro-  
comperio est, siquidem ut disserte perpendit Cassiodorus  
variar. lib. 10. epist. 19. Commune est cunctis in suis imperijs  
predicari: sed illud est omnimodis singulare in extranea genti  
laudes proprie[tes] invenire: quia illi sunt vera iudicia, ubi nimis  
nem comprimit ulla timiditas.

Manet ergo, non modo Nobilitata, & Magnificatio  
sed Gloriosa Societas Iesu & sed & quod hæc omnia cre-  
redit clara. Quis inter sit inter claritatem, & gloriam, dicitur  
Gloria multorum iudicijs constat; claritas honorum. Ita distin-  
xit Seneca dict. epist. 102.

Piallite igitur calamis, celebratissimi Doctores; intone  
Tua Illustrissima Dominatio in Catholica Querimonia me-  
ritas Societati laudes; piallite sapienter; id enim, & Societ-  
atis, & vestia exaltatio est. Ut alias questionem dissolvit  
Seneca ibidem. Cuius bonum est claritas? Id est laus boni  
a bonis redditus? Utrum laudari, an laudantis? Vetusque meo  
qui laudor::: est & illud laudantium bonum: virtute enim  
gesitur: omnis autem actio virtutis bonus est::: Itaq[ue], utriusque boni  
num est, merito laudari: tamme Hercule, quam bene iudicasse  
indicantis bonum est, & eius, secundum quem iudicatum est.  
Numquid lubitas, quis iustitia, & habentis bonum sit, & eius  
eius & bonum sorvit? Adherentem laudare, iustitia est: igitur  
virtusque bonum sit.

## DE HONORIBVS APOSTOLICIS.

**N**on ergo vltro , nec ex mera liberalitate , sed ex debito iustitiae Societatis Iesu laudes vbiique terrarum decantandæ . Neque enim [ait Chrysostomus homil. 14. ad Romanos ] Rege suffragio suo aliquem eligente , aut honoreno alieni apud omnes praconio suo decernente , audebit subditorum quisquam contradicere . Imò iam pridem legibus stabilitum est , omnes honorare teneri , quos Princeps honorat , ut per tex- tum in l. restituenda , in fin. C. de Advocat. diversi. iudicium , & pluribus scribit Calanzus in Catalog. gloss. Nundi , 1. p. cons. 4. & post eum Valençuela Volazq conj. 8 ; n. 16. & seqq.

Equis altior Princeps , quam Vicarius Christi Domini , qui vnum cum eo Tribunal constituit , cap. licet , cap. quanto , cap. inter corporal. de translat. Episcopi . Et vt multa breviter perstringamus ; quæ ex pluribus recentis Doctoribus lib. 2. de Indiae. iure , cap. 23. scribit Soloigan . Inter omnes mundi Princeps supremum obtinet Principatum , & Monarchiam . & est maior omnibus , & unus omnium Princeps constitutus super Reges , & Regna , Causa causarum , Dominus dominantium , omnia Dignitatum ; omnia , & super omnia .

Ergo cum à Vicario Christi Societatis elogia diffundantur , iure ab omnibus exaltari necesse est . Vidimus Paulum III. semel , & iterum in Bulla Regimini , & in Bulla Cum inter cunctas . Societatem summis honoribus extollen- tem . Audiamus adhuc in Bulla Licet debitum anno 1549 .

Ibi : Ad Societatem vero Iesu per Nos institutam , & ap- probatam , cuius specimen , veluti ager fertilis , multiplies , atque uberes fructus animarum , ad summi Regis landem , & fidei in- crementum attulit , & affert quotidie verbo , & exemplo in po- pulo Christiano .

Julius III in Bulla Exposcit debitum anno 1450 . ibi : Quapropter considerantes nihil , quod pius , sanctumque non sit

in vita Societate, eiusque laudabilibus institutis, ac exemplari  
ignorati, & aliorum sociorum Predicatorum vita, & moribus  
reperiri, eaque omnia ad suorum, & aliorum Christi fidelium,  
animarum salutem, & fidei exaltationem tendere.

Item in Bulla Sacra Religionis anno 1552. ibi : Sacra  
Religionis, sub qua dilecti filii Societatis Iesu, reiectis saeculi  
vanitatibus, gratum Altissimo prabent sub humilitatis spiritu  
famolatum, & ferventibus studijs per exempla virtutum, &  
solidam doctrinam alios ad Divine Majestatis obsequia trahant.  
favor exposcit. &c.

Pius IV. in Bulla: Et si ex debiti, anno 1561. Ad illos  
tamen, qui sicut nomen sociorum Iesu assumpserunt, ita opere,  
doctrina, & exemplis D. N. Iesum Christum imitari, & eius  
vestigia sequi nituntur, maioribus favoribus, & gratijs prose-  
quendum, invitamus. Et infra : Attendentes quantum dicta  
vestra Societas in Ecclesia Dei hactenus fructum attulerit, &  
quantum in futuram Deo dante, sit allatura ; & propterea vos  
prae ceteris alijs Religiosis maioribus favoribus, & gratijs fore  
merito prosequendos.

Sanctus Pius V. in Bulla Innumerabiles, anno 1568.  
ibi : Innumerabiles fractus, quos benedicente Deo, Christiano  
Orbi Societas Iesu, viros litterarum principem Sacram scientiam,  
Religione, vita exemplari, morumque sanctimonia perspicuos,  
multorum Religiosissimos Praeceptores, a Verbi Divini etiam apud  
longinquas, & barbaras illas nationes, quæ Deum penitus non  
noverant, optimos Predicatores, & interpres producendo, fa-  
elicissime hactenus attulit, & adhuc sollicitis studijs afferre non  
deficit, animo saepius revolventes nostro.

Item in Bulla Cum indefessa, anno 1571. ibi : Consi-  
derationis intuitu perscrutamur, quantam Christiana Reip-  
ubilitatem attulerint dilecti filii Presbyteri Societatis Iesu, ac  
planè conspicimus, eos verè huiusmodi relictis illecebris, atq[ue]  
servatori suo se dedicasse, ut concutatis thesauris, quos arigo,  
& linea comedit, lumbisque, dauperitate, & humiitate pre-  
cinctis, non contensi terrarum finibus. usque ad Orientales, &

Occidentalis Indias perirecunt: ac e rum alioz i. a. Domini amor perstrinxerit, ut etiam proprijs sanguinis prodigijs, ut  
Verbum Dei inibi efficacius plantarent, martyrio voluntario se  
supposuerint: per que eorum spiritualia exercitia etiam regna  
ipsa fidem Christi agnouerint, tam inibi, quam ubique terrarum  
charisatis, & misericordia opera exercere studeant, facere  
nullo modo possamus, quin eos tanquam veros p'mites in Christo  
per charitatem coninxetos, & benignè impletamur, & ea sibi  
specialia concedamus &c.

Gregor. XIII. in Bulla: Quacumque, anno 1596. Nos  
igitur, qui prefatos Presbyteros, ac Religiosos dicta Societatis  
à studijs, lectionibus, predicationibus, confessionibus audiendis,  
& alijs verbi Dei ministerijs, ac pietatis operibus, qribus con-  
tinuo laudabiliter incubuerunt, & incumbere non desistunt  
quavis ex causa distrahi, nolumus, &c.

Idem in Bulla: Salvatoris, anno 1576. Sanè, ut acce-  
pimus, liset dilecti filij Presbyteri venerabilis Societatis Iesu in  
vinea Domini, tanquam fructiferi palmites, in toto fere Obe-  
nam in continentis in via mandatorum Christi Fidelibus; infir-  
mis in fide consolidandis, agrotisq; sanandis, confractis alligan-  
dis, & abiectis reducendis, ovibusque dispersis, & lupis vespri-  
vinis, leonumque famelicis catulis in deorationem expostis, re-  
clamandis, & defendendis, quam etiam ijs, qui extra ovile  
Christi, Sacrosanctique Imperij nostri tutelam, sub ignorantie  
iugo, in obscuris, & tenebris locis, ac desertois per montuosas,  
ac difficiles vias aberrant, convertendis, & ad Nationes, Ca-  
tholica Religionem imbutas, ad immanes, barbarasque Divini  
culens, politieque ornatus ignaras gentes, ferino potius, quem  
humano more viventes, se se extendentes, optimum, & uberrimum  
fructum attulerint. & in dies maiori cum felici ad me  
afferre, cizavia extirpare, bonum semen renovare, terrasque in-  
eultas evangelico sulco, & Ecclesiastica Discipline venere eru-  
derare, non cessent. At dulum propter ipsius Societatis, immi-  
nitates, tamque necessarias functiones, que cum in Iesuibus, pr  
frequentem paenitentia, & Eucharistie Sacram nro, um ad 1-

nistrationem, & ad eorum frequentiam se standam, exhortationem, predicationemque, & spiritualia exercitia, ac alia Verbi Dei ministeria, sum in Collegijs, per lectiones tam benarum litterarum, quam Philosophia, etiam, & Theologia, ad iuventutem bonis moribus, & litteris imbandam, ex ipsis Societatis primaria instituti erectione, ac Divina vocatione magno Dei beneficio, & Ecclesia spirituali amolumento, exerceat.

Et in Bulla: Ascendente Domino, anno 1584. Cumque tanti laboris, & validos remiges Divina nobis Providentia preparaverit, eorum opera in superandis scuientis pelagi tempestibus nos maxime subleuat, qui pro communi fluctuantium animalium salute propria commoda nihil pendunt, seque ad omnia discrimina exponant; in quo cum aliaram Religionum studia, tan Societatis Iesu affidus pro Christo labor, nec non usque ad finem perseverantia promptam se ostendit: cumque problem Catholicae Religioni valde proficuum, & ad omnia pericula, pro universali Ecclesia subcunda parata procreavit, aliam atque aliam à prima non degenerem, præstante gratia Dei, quotidie substituit, ut nobis eorum Alumnis, per multiplices probationes gradus altius provelti, semper præsto sint, quos in rebus arduis suscipiens fructuosos operarios asciscamus: eos autem, ut firmiores nobis opem ad prædicta navare possint, ab omni non misericordia iniuria, sed etiam calamia studewns intentos conservare. &c.

Idem in Bulla: Quartæ in vinea, anno 1578. Quanta in vinea Domini fructuosa opera Societas Iesu quotidie verbo, & exemplo in populo Christiano acculerit, continuosque labores, quos pro Divini Nominis gloria, & exaltatione Fidei Catholica Presbyteri dictæ Societatis supportant, zordi nostro provenit satisfactio. &c.

Et in Bulla Ascendente, rursus, ibi: Que omnia non immrito ab eis sunt concessa, ob egregias virtutes, & dona Societati antek. Et a Divinitas elargita, cuius præcipuus fons Catholicæ vsi Religionis defensio, ac propagatio, animarumque in Christiana vita, & doctrina profectus, gratia quoque eius va-

sationis est proprium, diversa orbis terrarum locis ex Romane Pontificis, seu Praepositi Generalis eiusdem Sicitatis directe & per agnate, vitamque in gravissimae parte agere, ubi salutis suorum sua opera animarum copiosior proveniens ad Dei gloriam speretur. Ad quem finem Spiritus Sanctus bona memori legendis Loyola Societatis ipsius institutores, eisque sociorum excitator, media quoque prædicationum, ac cœluscumque ministeriis veritatem Dei, Doctrinamque Christianam, & spiritualia exercitiorum, aliorum item charitatis operum, & sacramenterus administratoris, ac principiū penitentia, & Eucharistia, horumque frequentioris usus accommodavit; ad qua sufficieret. & pro dignitate prestante, difficultates superandas, periculaque uideundae, quibus dicta Societatis Religio in huiusmodi discessibus, & ministerijs exposuntur, necesse est, ut ipse talie obisturi, magno virorū, & devotionis præsidio muniantur, quod illis gratia in primis omnipotenti Dei, simulque educatio ipso, longa item in Societate probato, uenenū Regulam, & Constitutionem observantia praestare noscuntur. &c.

Gregor. XIV. in Bulla: Ecclesia Catholica, anno 1581.  
In his vero Religio Societatis Iesu, quam novissimis hisce diebus Divina Providentia excitavit, adeo strenue laboravit, ac sine intermissione laborat, ut illius vel subrationem, & infirmitatem ad commune Ecclesia damnum, vel pacem, atque integritatem, ad eiusdem uelitatem maximè pertinere putemus. &c.

Paulus V. in Bulla: Quantum Religio, anno 1606.  
Quantum Religio Societatis Iesu in Ecclesia ad fidei, pietatis, & Religionis augmentum profecerit. & in dies magis profecti, Nos ipsi scimus, & Christiana Respublica novit. universa Preperca illam diversimode perturbare, & ab incipio retardare, malis artibus humani generis hostis quotidie nisstur: è contra utrō illam? & in suo laudabili proposito conforvere, & ad iustitiam ipsius puritatem, & nitorem pristinum resineret et adiuuare. &c.  
Nos totis viribus contendimus.

Gregor. XV. supra relatus: Sacra Militie Societatis Catholici Nominis defensione, & Hæretorum (xerdy) clarissimam.

Clemens VIII. supra etiam relatus: *B: alkium aces-  
trum Ecclesia.*

Urbanus VIII. in Bulla *Rationi*, anno 1623. *Igratins fit  
verb, quem praelegeras Dominus, ut eorum dux foret, qui portau-  
rent eius Sanctissimum Nomen coram gentibus, & p pulis, & im-  
fideles ad verè fidei cognitionem inducerent.*

Idem Urbanus VIII. in Bulla *Vota*, anno 1631. §. 5.  
ibi: *Cam vero vota huiusmodi laudabilibus pradicta Societati-  
tis institutis convenientia sint: Nos ad eximios, & uberes fru-  
ctus, quos eiusdem Societatis Clerici in agro Dominiaco in dies  
faciunt, considerationis nostra dirigentes intituitum.*

Alexander VII. in Bulla *Cum sicut*, anno 1657. Socie-  
tatem ita honeravit: *Nos, qui probe scimus quanto per exercitia con-  
ducant exercitia huiusmodi in dirigenda in via Domini, & con-  
firmans in illa Christi Fidelium mentibus, devotione memoruti,  
qui operi adeò pio, & salutari vaenverint, cœlestium Ecclesiæ  
ib[us] fætorum elargitione magis incitare volentes, de Omnipotenti  
Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum  
etiam authoritati confisi, omnibus, & singulis Christi fidelibus  
tamen predicta Societatis, aut cuiuscumque alterius Ordinis, &  
Congregationis Regularibus, quam alijs quibuslibet Ecclesiæ sibi  
oīs, & laicis, qui in Domib[us] mēmorata Societatis exercitia  
predicta iuxta laudabilem eiusdem Societatis consuetudinem  
per oīs dicrum spatiū quandcumque peregerint, & inter ea  
temporis verè paenitentes, & confessi Sacrosanctum Eucharistum  
Sacramentum sumperint, quoties id egerint, plenariam omnium  
peccatorum scorum indulgentiam, & remissionem misericordias  
in Domino concedimus.*

Idem Alexander VII. in Bulla *In Apostolica*, anno 1652.  
*Sancti Iohannes V. vestigijs insisteris Collegium Mihi omni  
Poenitentiatorū instauravit & Societati Iesu commisit. Pro  
animatorum salute, & spirituali consolatione Christi fidelium, ut  
Romanus Post. x.*

Idem in Bulla *Debitum*, anno 1663. *Debitum Pasto-  
ris Officij, quo Ecclesia Catholice Regimini Divina dispositione  
pre-*

praesidemns, exigit, ut paternam dilectionem filiorum Presbyterorum; & Clericorum Societatis Iesu, qua ab ipsis fundationis sua primordijs in re Christiana Religionis invanda, promovendaque & infidelium, & Hereticorum conversione, & horum pertinacia retinenda; ac iuuentute litteris, & prebris manibus informanda, Christique fidelibus in viam mandatorum, Dei dirigendis (adiuvante Domino) sedulò semper; & fructuose laboravit, ac etiam nunc strenue laborat, curem peculiari studio gerentes, illa quæ prospéro, felisque ipsius Societatis regimini, & progressus impedimentum adferre noscuntur, è medio tollamus, & abrogemus, sicut magistra rerum experientia suadet, & nos matuè consultatione exhibitæ ad Omnipotentis Dei gloriam salubriter expedire arbitramur.

Et infra: Ceterò sciens totum sanctæ huius, & nunquam satis laudata Religionis sacerdotium in viridi instituti ipsius & decretorum super hoc in generalibus Congregationibus eiusdem Societatis editorum obseruantia confidere, illamque ab impugnationibus, molestijs, & calumnijs vindicare, & in sui instituti integritate, puritate, quiete, & pace conservare cunpiens.

Clemens IX. in Bulla, Religiosorum, anno 1668. societatem Iesu viris pietate Religione, sacrarum, cinq[ue] auxilliarum bonarum litterarum scientia, ac propria, alienaque salutis studio eximie præditis fulgentem, singularibusque in hac scientiam Sedem meritis conspicuam, peculiari Apostolica dilectionis affectu prosequimur. Et propterea fœliciter illius regimini, religiosaque tranquillitati libenter consulimus, sicut omnibus debite consideratis, pietati atque prudentiae censemus esse consentaneum.

Quid ergo ultra, de tuis honoribus prædicabimus, Societas inclita, Perillustris, Religiosissima, Triumphatrix, Eminencissima, Purpurata, omnium litterarum, & virtutum perenne statulachium? Quod hones filij sequuntur conditionis matris; secundum quod vulgatum est in iuribus, scilicet, quod partus ventrem sequimur: Notavit in Genes. 22.

Aduilens, seu ut proprius diceret eum Iouis peritis, Filij ser-  
gantur Patrem, quoniam honoris; ex l. Senatoris & de Senator.  
Matrem vero quae ad statum, & conditionem, ut docet Im-  
perator in § sed, & si quis, institutus de ingenuis. Exultet igit  
tur Nobilissima Subples Tua (Societas Sancta) exultet ex  
sui Gloriosissimi Parentis Igualij Cœlesti Dignitate, quam  
ambis, charismatum eius simulatrix; exultet ex elevatissimo  
tuo statu, & conditione.

Nihil verum natura tam sacrum est, quod sacrilegum non  
inveniat, sed non ideo Divina minus in sublimi sunt, si existant,  
qui magnitudinem, multum ultra se positam non ietturi pesant.  
dixit Seneca de constantia cap. 3.

Ergo, & Catholica Querimonia, & Societas frustra  
impotita adversarios intulit ictibus. Insonet igitur, ut eos  
deterrat incessanter doctissimum, pariter acre, & disertum  
Querimonia classicum; dumque Jesuiticas laudes patrie dif-  
fundit, resonet dulcis Echo, non illa, de qua Ausonius.

Aeris, & lingue sunt filia, mater inanis.

Sed Episcopalis verissimus cantus Lævini Torrentij Episcopi  
Antuerpenis in Oda ad Societatem.

O grata eterno sancta sodalitas!

Rex Regum Iesu nomine quam sno

Ulnastrat, exortareque toto

Vi celebri memoreris Orbe:

.... Orbe toto prorsus, & integro

Quam bellicoso dum voluntari

Viroque porrectum sub axe

Magnanimi reperere Iberi:

Quorum securi turgida lincta,

Pura sed omni mente cupidina,

Pulchro nec argento, nec auro

Nec nitidis inlante gemmis,

Arnis ut illi sceptra potentium

Fregere Regum fluminag, & lacus

Portusque, vicinasque gentes

Indomito subiere ferro.

Sic vos inertes, impavidi tamen

Casta inferentes indignis sacra;

Hac impios culens, & omnem

Barbariem populis art.

Et post plura:

Nec de receptis gloria Barbaris.

Est maior illa, quam domiti dabunt

Caluique, Lutherig, & omnes

Colluvies simul impiorum.

Fremat superbi, nec teneant minas  
Bellumque, cædesq; & rabiē parēt

Causāq; quā ins̄ damnat aquā  
Vi petitis tuerantur armis.

Vos ista prudens (inoplicitas, beat  
Morata, se sc̄ nec leuis efferens,

Defendet in fontes. At ipse.  
Se rabidus mali perdet hostem.

Qui quo eructus sacerdierit magis  
Plus inde damni cōperiet, vidēs

Vicisse, quos vītos putarāt,  
Et cineri super esse vires.

Dissecumus iam linguas adversariorum (Illustrissime Pria-  
ceps) diximus: Catholicam Querimoniam  
declamavimus.

the first time in my life I  
had a real desire to do  
something for the people. I  
had a desire to help them  
and to make their lives  
better. I had a desire to  
make a difference in their  
lives. I had a desire to  
make a difference in the  
world.

I had a desire to make a  
difference in the world.  
I had a desire to make a  
difference in the world.  
I had a desire to make a  
difference in the world.

